


LIB.
IST.
VREM
RI




B. 39.





9.





3
JO. SCHILTERI

AD.

JVS FEVDALE

VTRVMQVE

GERMANICVM

ET

LONGOBARDICVM

INTRODVCTIO

feu

INSTITVTIONES

Ex genuinis principiis
succinctè concinnatæ,

& ad


*Fori Feudalis hodierni usum
directæ.*

✻ (* * *) ✻

ARGENTORATI

Sumptibus JO. FRIDERICI SPOOR.

M DC XCV.



sp
un
m
ca
uf
zu
ve
pr
ft
li
du
ve
ei
in
qu
li
de
te
&
in
G
&
In
A
g
fe
il



P R Æ F A T I O

AD

B. L.



Vantumvis tanta jam sit copia eorum, quæ de Jure feudali Synopses, Institutiones, Syntagmata, Partitiones, Commentariosque scripserunt, ut eam non vehat una ratio; ut propter ea facile quis hæc opellâ supersedere potuisset; unde nulla laurea speranda: verum tamen id quod hujus juris peritiores in universum de eo conqueruntur, quod multa & magni momenti argumenta in eo haud dignè elaborata, aut vix at-tacta cernantur, id inquam speciâtim de fori Germanici usu feudali observavi postquam ultra jam triginta annos tum in ipso foro & postulando, & consulendo & judicando versatus fui, tum in scholis feudalibus studiosæ juventuti prodesse studui, quantum divina Gratia largiri voluit. Constat sanè, & confitetur Obertus de Orto ad Anselmum filium, quod consuetudines feudales sint variæ, & secundum diversorum locorum aut Curiarum mores sint diversæ, nec breviter possint dici, nec suo Oberti libello facile comprehendi, unde & usum tantum feudorum, qui in suis Longobardorum partibus obtineant, exposuerit: quare facile inde perspici, ac dijudicari potest, quod ex foliis Oberti & Nigri libellis & Longobardorum moribus, de aliorum populorum moribus feudalibus causisque sententiæ ita promiscuè ferri non debeant, quum & principiis & conclusionibus multum sæpe differant. Perspexit hoc in Gallia præcipue Carolus Molinæus, insignis JC. in Germania inferiori Frid. à Sande, in Germania superiori & Alemannia Seb. Meichsnerus JC. & Assessor Cameræ Imperialis, qui ob id ante seculum denuo Jus Feudale Alemannicum edidit, postquam mox inventa arte Typographica Argentorati A. 1505. primum typis excusum esset. Qua de re hæc ad Ad. de Hohenek Consil. Elect. Pal. ille præfatus idiomate vulgari, Latine quæ ut exprimantur,

) (4

cur,

PRÆFATIO.

tur, operæ pretium fuerit: Consultum fore arbitratus, ut hic Codex Juris Provincialis & Feudalis Germanici & Consuetudinum, iterum typis subjiceretur, præsertim cum multi Nobiles & alii sæpius me sollicitarint, eoque magis quod Seb. Munsterus in Lib. III. Cosmograph. eundem magna cum laude allegaverit, atque quum eum inspiciendi ipsi copia facta fuisset, aliquot particulas ex eo inseruerit, & sic censuerit, quod Codex ille potissimum Nationi Suevorum à tempore quo Germania ad religionem Christianam conversa, præscriptus fuerit. Ubi tamen sciendum, quod quia Electorum, qui circa Ann. M. vel tempore Ottonis III. constituti, mentionem facit, aliquantum recentior sit oportet: neque tamen negari potest, Codicem hunc non solum ex antiquo jure communi Casareo scripto, sed etiam ex aliorum Imperatorum, ut Caroli M. Ludovici Pij & c. Constitutionibus, itemque L. L. Longobardicis Boariorum & c. & aliis, atque sine dubio in multis Speculo Saxonico, quod per Ottonem M. an. 946. confirmatum fertur, conformis redditus, & per aliquem peculiarem æstimatorem ante plurimos annos, ex jussu tum gubernantium Principum compilatus. Etsi porrò varia inibi reperiuntur, quæ cum S. Scriptura planè non conveniunt, sed vel ex vetustis Legendis aut humanis traditionibus desumpta fortè; hoc tamen omnibus non ignotum est, quod Verbum Dei & S. Scriptura præferatur, & omnia secundum eam regulanda, nec quisquam desuper scandalum capere, sed cum Majoribus nostris, tanquam Christianis infirmis, commiserationem habere & omnia in meliorem interpretari debeat. Quare,

re,

PRÆFATIO.

re, et si satis causa sit, ut hic Codex etiam in meliorem ordinem per distinctiones vel capita redigeretur, sed tamen ut ipsi sua autoritas relinqueretur vetustatis, nec iis, qui ejusmodi vetusta exemplaria haberent, de aliqua immutatione facta querendi aut quasi de novo fictus esset, condemnandi ansa daretur, idcirco pluribus ex Nobilitate visum fuit, hunc Codicem ita uti an. 1505. publicatus fuit, denuò sine ulla immutatione imprimi facere, quum aliàs conclusio atque finis longè melius præmitti potuisset. Quàm jucundus porrò, utilis atque necessarius hic Codex Germanis jam futurus sit, quilibet qui eum legerit, deprehendet secum; quod verò nunc pluribus demonstrare ideò omittimus, ut quilibet eò cupidior sit id per sese experiri: ubi etiam mirabitur, quare hic Codex hætenus repressus nec citius divulgatus fuerit, quippe quo per plurimæ lites evitata fuissent. Denique posito, quod hic Codex non peræque ac aliæ Constitutiones Imperii recipiendus esset, tamen ad minimum ad declarationem ceterarum Constitutionum, & æque ac aliæ Historia de Moribus & consuetudinibus Germanorum legendus esset; quippe cum in eo de Hominibus propriis, Morgengaba, Obstagiis, Banno, Monetis, itemque de juribus Suevorum, Francorum ac Saxonum aliisque plurimis scriptum sit, quod alibi non observatum extat, ut quamvis quis plurimos libros evoluerit, tamen vix ea sic inventurus sit. Quoniam itaque, Domicelle benevole, & Tu antea hunc Codicem perlustrasti, & Tibi una cum pluribus aliis ex Ordine Equestri, & præsertim B. Philippo Culner de Diepurg, cujus exemplar pergamenum, & nuperimè

PRÆFATIO.

Philippo de Hemmingen in Huttenberg, Consiliario Palatino-Bipontino, qui itidem exemplar meo conforme habet, hunc Codicem iterum renovari placuit, itaque eo magis ad gratificandum Vobis exemplar meum, nihil quicquam addens, typis mandavi, & me absente curavi, ut Orthographia, quia exemplar valde vetustum & incorrectum, eò melius observaretur, usque dum aliquando hoc opus cum aliis MSS. conferentur & in meliorem ordinem redigeretur. Hunc Codicem ait Meichsnerus aliquandiu repressum fuisse ab Italis scilicet Doctoribus in Germaniam irreperentibus, nihilominus tamen jus ipsum in illo Codice contentum non potuit supprimi, quippe quod mansisse cernitur in usu forensi magna ex parte, inque curiis feudalibus eorumque stylo, in pactis investiturarum, divisionum, familiarum, aliisque negotiis feudalibus, quæ porro ex eo jure interpretanda veniunt, judicandaque, ex quo originem suam vimque ac naturam trahunt. Cum igitur illum Codicem cum plurimis MSS. collatum nitore suo per DEE Gratiæ restituerim, adjectis etiam aliis Juris Feudalis Gallici & Longobardici commentariis, ut justum Juris Feudalis Corpus conficeretur, reliquum videbatur, ut in gratiam cupidæ hujus studii Juventutis, succinctam utriusque juris feudalis, Longobardici, & Alemannici Introductionem concinnarem, quam cum superiori æstate auditoribus meis proposuerim, visum fuit & aliis ejus fortè cupidis communicare. Vale B. L. & fave. Dab. Argent. MDCXCV.



I. N. D. N. I. C.

C A P U T P R I M U M.

De origine & auctoritate Juris
Feudalis.

§. I.



Feudorum nomen latinè Scri-
bentibus recentius est quam
res ipsa: quippe quæ *beneficii* Benefi-
nomine antea veniebat. 2. F. 23. cium
& ita in Kapitularibus Caroli M. passim vo-
catur: arrepta voce à Beneficiis veteranorum
apud Romanos. *Comm. ad Ius feud. Alem.*
rubr. §. 5. Feudi nomen postea latine dici cœ-
pit, saltem ab anno 1000. licet vulgo antea
obtinuerit, compositum ex *FE* & *OD*. *Priscis*
enim semper feudum scriptum, quod signifi-
cat fundum stipendiarium, *OD* enim signifi-
cat veteribus fundum *Ein Gut* & *fe* stipendi-
um, salarium. Unde Ludovicus Cantarel-
lus Faber *lib. 1. de feud. c. 2. & 3.* gallice dici
posse ait *possession de la solde*: Germanis com-
muniter *Lehen* vocatur à *leihen* / quod voca-
bulum.

A

bulum.

bulum. 1. notat commodatum & mutuuum. 2. locationem & conductionem & emphyteusin censumve. 3. conventionem inter dominum & nobiles de populo, arctioremque societatem militarem, quam cum reliquis subditis Dominus haberet, idque, ad servitia militaria equeſtria, quæ cum plus sumptuum ad præparationem requirerent, consuevit ut pro tali stipendio feudali servitia ista præstarent vassalli, qui & milites κατ' ἐξοχήν, i. equeſtres vocati. Et videntur priscis Gallis *Am-bacti* dicti, quos J. Cæsar *clientes* interpretatur. lib. 6. de bell. Gall. Certè *Bassi* atque, *Vassi* in Capitularibus Carolinis appellati, à Celticâ voce, *Gvvas* qua Brittones Juvenem & Ministrum denotarunt, Gallis *Gafus*, vir fortis, strenuus: à Vasso, *vasallus*, propriè subinfeudatus, Germanis *Edelknechte* dicti, & simpliciter *Knechte*. Porrò *Leudes* sive *Leodes* etiam cæteros subditos comprehenderunt.

Vassalli

Leudes

Jus Feud. quid

- §. II. Jus feudorum vel feudale cum dicimus, itemque *usum & consuetudines feudorum*, plerumque partem Juris prudentiæ intelligimus quæ circa feuda versatur. Idque iterum tripliciter potissimum, vel enim indigamus *compilationem* consuetudinum feudalium vel ex his digestum aliquod *systema* in formam artis redactum, vel *habitum* ex illis in hominis mente formatum. Deinde etiam *jus*
- 1.
 - 2.
 - 3.
 - 4.

Jen

feudi dicitur ipsa qualitas rei & conditio ob quam aliquid possidetur, ita dicimus jure feudi possidere, item *jure beneficiario* dare, prout opponitur juri allodij.

§. III. Jus feudorum suam originem non Origō ex promulgatione legum, sed ex usu populorum accepit, & eatenus est consuetudinarium, 2. f. 1. in præfat. accessit tamen etiam jus scriptum sivi promulgatum per constitutiones Imperatorum, ut videre est in Kapitularibus Carolinis, que indicavi ad Rubr. J. F. Alem. §. IX. itemque, 1. f. 1. §. 2. 2. f. 27.

§. IV. Consuetudines de feudis variæ sunt ac diversæ pro diversitate populorum & nationum Europæarum 2. f. 1. Jus Longo- Jus' bardorum in scripturam redegerunt Gerhar- Lon- dus Niger & Obertus de Orto Consules Me- gob. diolanenses sub Friderico I. Imperatore. Horum libellos in unam compilationem redegit atque usu recentiori, post tempora Friderici I. adauxit anonymus quidam qui *feudista* vulgo nominatur. Sed idem fuit qui eandem etiam jussu Friderici II. Imper. ut collationem X. Novellis Justiniani adjecit, scil. Hugolinus Jctus Bononiensis teste Odofredo in *auth. cass. n. 1. C. de SStis. Eccles. Bald. Præfat. in lib. feud. Anton. Monacho de recta feudorum interpretatione cap. 3. n. 45. vid. præfat. nostram ad An. Minuccium de prato veteri.*

Hodie pro *jure feudali communi* habetur jus Longobardicum eodem scil. modo quo & ipsum just Justinianicum in allodiis.

Jus
Alem.

§. V. Jus feudale Francorum & Germanorum antiquius est & in scripturam redigi cepit jam tum à temporibus Caroli M. tandem in comitiis Noricis circa an. 1204. promulgatum quod & *Suevicum*, *Alemannicum* itemque *Francicum* appellatur cujus concinnatorem Bertoldum comitem de Grimmenstein

Sax.

fuisse refert Goldastus *in p̄fat. Der Reichs-
sagung*. Saxones illud sub Frid. II. sed alicubi immutatum agnoverunt, quod Epko de Repkavv eques Saxo transtulit.

Auto-
ricas J.
Long.

§. VI. Quemadmodum juris Romani non est vilis auctoritas, sed non tanta, ut vincat usum & consuetudines feudorum lib. 2. feud. tit. 1. ita porro usus feudorum Longobardorum vel ut loquitur Obertus de Orto ad Anselmum filium, *qui in nostris partibus obtinet non extendit vim suam in alias provincias* extra Lombardiam, veluti Hispaniam, Galliam, Germaniam, Angliam nisi quatenus receptum est: sed in quolibet Regno secundum consuetudines feudales proprias judicatur: *strenuus autem legis peritus sicubi casus emerferit qui consuetudine feudali propria non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit consuetudine feudi Longobard. sicuti porro lege Romana 2. f. 1.*

§. VII.

CAP. II.

§

§. VII. Libri Longobardici communiter Partiduo sunt quos in meliorem ordinem redegittio li-
An. Mincuccius de prat. vet. itenq; Bartolom. brox.
Baraterius. His novellam compilationem
 adjunxit Jacobus de Ardizone c. 144. ut capi-
 tula *extravagantia* : quæ etsi in foro non sit
 ejusdem auctoritatis ut prima compilatio,
 quippe auctoritate collationis X. destituta, ta-
 men sua utilitate & rerum judicatarum aucto-
 ritate haut caret. Quoties denique duæ sen-
 tentiæ contrariæ in libris feudalibus referun-
 tur non semper posterior prævalet ; sed quæ
 menti referentis & ratione juris conformior
 vid. Ant. Monach. *de vera feud. interpret. cap.*
57. part. 1. n. seqq.

CAP. II.

De fine & Objecto Juris
 Feudalis.

§. I.

Finis feudorum primus fuit societas mili- Finis
 taris mediante re à Domino data vel & feudo-
 tradenda ad utriusque majorem securitatem. rum.
 Fines deinde & alij consecuti, utpote Palatina
 servitia vel curialia, imo & sola fidelitas Va-
 sallitica quandoque intenditur.

§. II. Finis Jurisprudentiæ feudalis est J. pru-
 scientia legum & consuetudinum, totiusque denciæ
 ordi- feudal.

ordinis foicetatis istius feudalis secundum diversas formas feudorum.

Object. §. III. Objectum jurisfeudalis sunt causæ feudales & actiones circa jus personarum & rerum: personæ sunt Domini rerum suarum ex una, & ex altera parte milites; idque regulariter porro pro finium differentia, differunt etiam personæ de quibus in cap. IV. dicemus.

Res Feudales. §. IV. Res in quas feudalis qualitas induci potest & quæ in commercio sunt, duum sunt generum, allodia & feuda. feudi vocabulo latius accepto, quousque patet vocabulum germanicum *Lehen* / scil. pro domino utili & directo invicem separato, ita ut etiam feuda rustica, & bona Emphyteutica itemque censitica in hoc generali conceptu *Eines Leehens* comprehendantur.

Allodiales. §. V. Jure nostro alterum juris hujus generis *allodialia* priscis vocantur, etiam res propriæ, quemadmodum feuda vocantur etiam res fiscales; *fiscus* enim etiam pro feudo usurpatur. *vid. Du Fresne Glossar. voce fiscus*, atque ut feudum propriè prædium stipendiarium notat: ita *allodium* latine *heredium* dixeris, contractum enim est ex *adelod*, h. e. prædium bonum, quod idem ac alias *Adel Erbi* vocatur. *Otfrid. Lib. 1, c. 18. v. 59. & Adel Erbo* est heres priscis. Allodium itaque propriè significat hereditatem, prædia civilia, liberam possessionem, fundum à servitiis militaribus liberum.

berum. De prærogativa allodiorum scripsit
elegantè Marc. Anton. Dominicus Jctus
Gallus; Huc pertinent etiam *feuda solis* **Sonn**
Leihen quæ ferè ridicule ita appellantur, quasi
omnia bona oporteret dici feudalia, sunt
enim nihil aliud quam allodialia *Frid. à Sande*
in Consuet. feud. pr. Allodialia itaque bona
sunt quæ jure proprio & hereditario pleno-
que dominio possidentur, 2. F. 54. Feudalia
sunt quæ jure tantum dominij directi & utilis
possidentur.

§. VI. Feudi vox alias accipitur imprimis Feudi
tripliciter 1. pro materia & re feudali 2. pro ^{Ho-}
contractu ipso quo res aliqua fit feudalis, in- ^{mon.}
vestitura. 3. pro effectu juris h. e. pro dominio
directo ex parte domini, vel utili ex parte va-
salli. Materiam itaque feudalem quod atti-
net, in feudum dari possunt & bona allodia-
lia & ipsa feuda, quæ *subfeudatio* vocatur &
jure Teutonico feudali usque ad septimanam
personam fieri potest. Ratio istius numeri
septenarij est sumenda ex clypeis militaribus.
Jus Feud. Alem. c. 1. Cæterum in genere hic ^{Reg.}
regula juris civilis locum habet de rebus alie-
nandis, itaque regulariter in feudum dari pos-
sunt omnia quæcunque valide possunt aliena-
ri, res corporales immobiles aut per destina-
tionem solo perpetuo cohærentes & res in-
corporales ut jura 2. F. 1. & 56. Res etiam cor-
porales mobiles & fungibiles, veluti pecunia

§ INSTIT. JUR. FEUD.

annona & quantitas quæcunque, præstita cautione de sorte seu quantitate restituenda si feudum apertum fuerit. *Comm. ad J. Alem. Feud. c. XIV.*

Exc. §. VII. Unde excipiuntur res quæ alienari prohibentur, adeoque nec in feudum dari possunt 2. *F. 3. §. 1.* utpote quæ in dominio dantis non sunt, non possunt infeudari: veluti *fundus alienus* qui in commercio est: sed hoc casu de evictione tenetur 2. *F. 8. §. 25. h. t.* Strauch. *dissert. 10. ad ff. §. 3.* si vero non est in commercio, sed e. g. in principis patrimonio, tunc nec æstimatio debetur per *L. 39. §. 7. de legatis 1.* nisi dolus concurrat qua de re vid. *Exercit. nost. ad ff. 39. §. 24. & seqq.* in patrimonio autem Principis dicuntur ea, quæ usibus Principalibus & personæ ac statui principis inserviunt. *L. pacta 72. §. 1. ff. de contrab. empt. L. 1. ff. de Off. procur. Cas.*

Exc. §. VIII. Igitur *res sacra*, ut ædes sacrae &c. exc. in feudum dari non possunt, quia quamdiu tales sunt, sunt extra commercium & dominium utile: *bona vero, ecclesiastica* in feudum dari possunt: sic & jus patronatus.

Declarat. §. IX. Sive allodium sive feudum in vel subinfeudetur, utrumque est aut *de territorio* & Jurisdictione Domini conferentis aut non, sed tantum *in Dominio*: priori casu si est *de territorio* & vasallus & subditus est, qui investitur & utrumque homagium præstat. Erbo
Hute

Huldigung und Lehns-Pflicht / posteriori
 casu fit mere *Vasallus* & præstat tantum homa-
 giū non subjectionis, sed vasallagium Lehens-
 Pflicht / nicht aber Erb-Huldigungs-Pflicht.
 Hinc *castrum* à Domino recognoscens, eo ip-
 so non recognoscit Jurisdictionem ordinari-
 am & superioritatem Domini, nisi castrum sit
 de territorio Domini. *vid. Carol. Molin. tit. 1.*
ad consuetud. Paris, §. 1. gloss. 5. n. 61. Idem est
 si quis bona sua feudalìa ab Episcopo aliquo
 recognoscit, regalia vero in iisdem feudis ab
 Imperio: id quod maxime de Comitibus Im-
 perij observat Schoppius *thes. feud. Pract.*

§. X. Castro in feudum dato, *Jurisdictione*
 in eo simul data non præsumitur, nisi fuerit
 pertinentia tempore concessionis, *Bald. in cap.*
1. capitā. qui cur. vendid. Molin. dict. gloss.
5. n. 46. & seqq. Jurisdictione in feudum con-
 cessa inferior tantum intelligitur non omnis:
 cum in dubio quod minimum est sequamur
L. 34. de R. J. atque imperium merum requi-
 rat concessionem specialem aut expressam,
 quæ tamen continetur in clausula *cum omni-*
moda Jurisdictione. Idem *Molin. n. 48.* ex his
 judicari potest quid judicandum sit de casu, si
 quis *proprias res suas sciens* ab altero in feu-
 dum recipit an valeat? Neg. *Bald. & alij &*
idem Molin. n. 26. & seqq. & ajunt nihil agi,
 nisi traditio accesserit, allegant pro fundamen-
 to *L. 28. de acquir. poss.* sed præterquam quod

ista lex 28. agat de ipsa traditione, non est tamen ratio decidendi ex peregrinis principiis, sed ex propriis arcessenda i. e. feudalibus, quæ hoc suggerunt quod sciens rem propriam in feudum recipiens ab alio, obtulerit eo ipso Dominium directum investienti, sive traditio facta fuerit sive non.

CAP. III.

De Essentia & Natura Feudorum.

§. I.

EX hactenus dictis constat de essentia generica societatis nostræ feudalis, quæ inter conferentem & accipientem contrahitur mediante re. Porro cum & finem jam cognovimus, atque finis & forma coincidunt, secundum regulam Philosophorum: facile judicari potest, etiam de essentia ipsa sive forma & differentia specifica, qua feudum differt & ab emphyteusi & à censu, quæ alias etiam Lehen vocantur, & antiquis *feoda servilia*. itemque à subjectione & ministerio quæ & ipsa fidelitatem aliquam continent.

Essentia generica feudi.

Species affines.

Emphyt. Censu

§. II. Cognatæ enim species sunt emphyteusis, census & bona libellaria quæ ad utrumque referuntur & ad emphyteusin & ad censum, quæ cum feudo conveniunt quoad naturam genericam, domini utilis, differunt fidelitate quam nec emphyteuta nec censitus præstat.

stat. Porro emphyreusis, Erb-Zins & Lehen & census, Zins & Lehen differunt inter se jure expellendi ob non solum canonem intra triennium, quod jus habet Dominus emphyteuticus.

§. III. Sciendum autem est, consuetudines & leges feudales essentiam & naturam feudorum primariam multum variasse & alterasse. Primo tempore sic erat in dominorum potestate, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum à se datam, ut usumfructum precarium. Postea eo ventum est ut per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est ut ad vitam usque Vasalli produceretur, ut *ususfr.* communiter 1. F. I. §. I.

§. IV. At à Conrado Salico Imper. Anno J. Nov. 1027. ad preces fidelium constitutum ut ad filios successio feudi *transmitteretur*, quod mox ulterius extensum, atque sic feudum naturam *Dominij* minus pleni induit, quod vocatur *dominium utile* ab interpretibus, oppositum *directo*, quod domini est, utrumque tamen retinuit ex veteri consuetudine vetus nomen ut *dominium directum* etiam *proprietas* dicatur, & *dominium utile* adhuc *ususfructus*, sed cum adjectione *feudalis*, quippe ab usufructu communi diversus. 2. F. I. 23.

§. V. Adjecta itaque superiori essentiae genericae *fidelitate feudali*, inventa jam est vera definitio negotij feudalis inter *Dominium* &

Va-

Defin. Vasallum gesti; quod sit species Societatis
con- sive conventio socialis, qua Dominus rem
ventio- in feudum confert, Vasallo protectionem de-
nis feu- super promittens, & Vasallus ob eam rem Do-
dalis. mino fidelitatem præstat. Feudum porro est
Feudi. species domini utilis in re immobili vel æqui-
pollenti à Domino directo concessi sub con-
ditione fidelitatis feudalis. Est autem feudum
genus analogum cujus species alias primaria so-
let definiri, sub nostra tamen omnes species
continentur.

Fideli-] §. VI. Fidelitas est qualitas personæ, feu-
tatis & dalitas est rei. Fidelitas quid sit, ex ejus con-
Feuda- trariis patet, quæ sunt *fraus* & *vis*, utriusque
litis. evitatio est fidelitas. hanc igitur promittit
Fideli- primo *officialis* sive minister *Ampts* oder *Die-
tas offi- ner Pflicht* non absolute, sed tantum ratione
cial. muneris concediti: subjectus igitur est Domi-
no & obedire tenetur minister non quoad
rem neque quoad personam simpliciter ut
subditus: sed quantum ad negotia & officia ejus
pertinet. Hanc dicimus fidelitatem officia-
lem seu personalem, restrictam ad officium.

Subje-] *Subditus* vero promittit fidelitatem quoad
tionis. personam absolute; & tenetur parere in omni-
bus quæ ad statum civitatis pertinent, vocatur
Erbs Huldigung & *Unterthanen Pflicht*. At

Vasal-] *Vasallus* promittit fidelitatem non merè per-
litica. sonalem ut minister & subditus, sed ex perso-
nali & reali *mixtam*, h. e. quatenus est posses-

for rei feudalis: igitur tenetur obedire & parere domino non simpliciter & in omnibus, sed tantum in causis feudum concernentibus, & vocatur *Lehens-Pflicht*. Breviter differentia fidelitatis in objecto consistit: fidelitas subjectionis interveniente persona ipsa contrahitur absolute: Ministerialis interveniente opera & salario vel mercede: Feudalis interveniente re contrahitur & consistit in promovenda salute corporis, animæ, seu vitæ, bonorum & famæ domini & in avertendis totidem malis *vid. l. 2. f. t. 6. & seq. Jus. Alem. c. 7. & seqq.*

§. VII. Feudalitas sive feudalis qualitas quæ Feudari in hæret, de re non præsumitur, sed allodialitas. alis esse, in dubio itaque *feudalitas est probanda*, utpote singularis, & facti, *2. F. 26. §. 1.* Unde in dubio *filia in possessorio* obtinent & manutenendæ sunt usque dum in petitorio feudum probetur, reservata tamen ipsis reprobatione, *2. F. tit. 47. res judicatas refert Struvius. c. 16. aph. XI. n. 2. & 3.* Etiam si bona dubiæ qualitatis dicantur, juncta fundo feudali: cum per destinationem vasalli non mutant naturam suam.

§. VIII. Essentialia feudi sunt 1. dominium Essentialia feudi, directum & utile, 2. promissio fidelitatis feudalis, 3. promissio fidei & protectionis dominicæ: horum si quod abest, feudum esse desinit, & alia species suboritur. Naturalia Naturalia sunt (1) obligatio vasalli ad juramentum, ut fide-

fidelitatem jurato præstet. 2. *F. 3. & 4.* (2.) perpetuitas ut non possit auferri feudum. (3.) successio masculorum. (4.) ut sit in re immobili. (5.) obligatio ad consensum in alienatione. (6.) Determinatio servitiorum. 2, *f. t. 23. in fin.* (7.) successio descendendum. horum quodlibet per naturam & regulariter ac tacite inest, & si quod abest, feudum manet, sed alteratum, quod vulgo *improprium* vocant. Denique quod diximus de Allodiis & Feudis, notandum & hoc, quod media quoque species datur, *Terra Salica*, hæc etsi cum feudo in eo convenit, quod sit res Fisci origine, sive quod utrumque ex Fisco & Bonis Domini profectum; & quod in utroque successio foeminas regulariter excludat: Differt tamen à feudo, tum quod jam ab initio fuerit transmissibilis, quam Beneficia adhuc erant merus ususfructus, tum quod pleno dominio gaudeat possessor terræ Salicæ: Ab allodio porro differt Salica terra, quod foeminas non admittat, *Lex Salic. t. LXII,*

CAP. IV.

Qui feudum constituere & acquirere possunt.

§. I.

Cau.
effic.
remo-
ta.

CAusa efficiens remota & mediata cujuslibet feudi, est jus & consuetudo feudalitatis, imprimis propria cujusvis provinciae atque curiae,

curiæ, Proxima & immediata est *voluntas paciscentium*, ut forma & essentia feudalis in rem ^{Proxim.} juris feudalis capacem introducatur & dominium rei plenum inter Dominum & vasallum dividatur.

§. II. Duo igitur hoc in negotio sunt agentes, quorum alter vel dominio directo rei suæ reservato, utile ejusdem dat alteri: vel dominium rei suæ offert alteri, ut recipiat utile: ex quo divisio oritur feudi *dati & oblati*, illud ^{feudum datum, oblatum.} incipit à Domino, hoc à Vasallo.

§. III. Ultraque & datio & oblatio est alienatio; itaque qui alienare possunt, iidem ^{Reg. 1. de dando.} etiam in feudum dare aut offerre possunt, eodemque modo, scil. qui Domini sunt, & rerum suarum administrationem habent. 2. F. 3. etsi sint foeminae; præsertim illustres; Cæteræ cum consensu curatorum suorum. Tutores non nisi cum decreto superioris, cum nec oppignorare sine eo feudum possint. *Jus feud. Alem. c. 26. & 56.* excipe renovationem investituræ de qua suo loco.

§. IV. Vicissim quilibet capax est feudi accipiendi qui jure non prohibetur, etiamsi alias ^{2. de accip. Exc.} incapax ad servitia militaria. 2. F. 3. §. 1. Prohibentur regulariter infames, filii naturales, 2. F. 26. Monaehi & Clerici, plebeji quoque quoad feuda nobilia, nisi ex concessione vel speciali vel generali *vid. Com. ad jus feud. Alem. ad rubr. §. 18. & seq.* Hinc certi gradus Nobilitatis Teutonicæ numerantur, *die Heer-*

sieben
Heer-
schilde

Heerschilde, clypei militares, quibus feuda conferantur & accipiuntur, iique septem: (1) Rex Romanorum. (2) Episcopi & Principes ecclesiastici. (3) Principes seculares, (4.) Domini Liberi, Comites. (5.) Mittelfreyen / Barones. (6.) Dienstmannen / ministeriales, Ritter / Knechte / hi sunt vasafores minores. (7.) semper i. sendbar Leute / i. e. oppidani, Bürger / lehnbare Bürger / Siegelmäßig. In jure Longobardico feudali tantum *vassallorum* ordines recensentur, atque solum secularium omittis Episcopis. *vid. comm. nostr. d. l. §. 2.*

Ecclesi-
astici.

§. V. Episcopi & Abbates feuda conferunt cum consensu capituli 2. *F. 6.* Capitulum fede vacante non potest feudum concedere de novo, sed tantum renovare *vid. c. 2. x. ne sed. vac. aliq. innov.* Imperator feuda ma-

Impe-
rat.

Vicar.

jora aperta non nisi cum consensu Electorum concedere potest per *Capitul. art. 30.* Vicarii Imperij feuda regalia concedere prohibentur etiam quoad renovationem per *A. B. c. 5.*

De
Procu-
rat.

§. VI. In constituendo feudo utriusque & dantis & accipientis procurator intervenire potest. 2. *F. 3.* Magis tamen est ut ex parte vassalli id fiat cum domini consensu praesertim quoad investituram, de qua postea.

CAP.

De modis acquirendi.

§. I.

Acquiritur feudum plene tribus potissimum sive actibus sive modis, quorum ta- ^{Tres.} men primus non semper & in omni feudi ac-
quisitione requiritur, fieri tamen consuevit.
Est itaque ex parte domini promissio, quò & ^{Pro-}
expectativa, *Abnwartung* / *Geding* ^{missio.} *i. F. 9.* Ex ^{Obla-}
parte vasalli *Oblatio* rei suæ in feudum. Vel ^{tio.}
denique delatio legis, h. e. *Successio* eaque, vel ^{Successio.}
ab intestato quoad descendentes masculos re-
gulariter, vel etiam *testamentaria* si dominus
consentit. Deinde sequitur ipsa feudi con-
stitutio sive *investitura* quæ vulgò dicitur *abu-*
siva: & denique corporalis traditio, quæ in-
vestitura *propria* appellatur.

§. II. Promittitur jus feudi sive domini ^{Pro-}
utilis in re aliqua sive feudali sive etiam allo- ^{missio.}
diali per *conventionem* regulariter idque vel de ^{quo-}
presenti ut per emtionem venditionem per- ^{tupla}
mutationem & alios titulos ad transferendum
dominium habiles. Germanicè dicitur *Bera-*
erbung *vid. Dasselius lib. 1. cons. 40. in fin.* vel
de futuro & hoc vel per *conventionem simpli-*
cem, vocatur *angefels* *Berschreibung* vel
per *solemnem* quæ est *investitura sub conditione*
aperturæ *i. F. 9. § 27.* Vocatur etiam *superin-*
feudatio *V. Comm. ad J. F. Alem. c. XII. Po-*
test

B

test

test etiam promissio fieri in testamento vel ultima voluntate ex re allodiali: subfeudum vero alteri relinqui non potest, nisi cum expresso Domini consensu.

Consti- §. III. Constituitur feudum sive promissio. tum sive oblatum sive delatum per investitu- Investi- ram die Belehnung / quæ est conventio juris tura quid Gentium particularis, qua societas quædam inter dominum & vasallum contrahitur, & dominium utile rei feudalis vasallo, ob promissam fidelitatem feudalem, per traditionem symboli- coram Paribus confertur. Homagium speciatim est fidelitatis promissio & subjectio vasallitica, sive recognitio Domini, & ejus Jurisdictionis feudalis. Investitura præcedere debet homagium jure Longobardico per cap. unic. quid præcedere debet. & cap. 1. que sit prima causa. Baldus tamen Alvarottus & alii negant id esse de substantia investituræ, & Molinæus tit. 1. ad consuetud. Paris. §. 3. gloss. 3. in fin. nec id in Gallia observari, nisi in feudo novo: in Germania variè itidem istud observatur. Porro investitura alia est solennis alia minus solennis, æquipollens tamen exemplum. vid. in cap. 1. pr. de consuetud. recti feudi, & talis usitata est in Gallia teste Molinæo tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 42. In feudi veteris & paterni successione dicitur feudi renovatio, sicuti etiam si ex parte domini successio vel mutatio contingit. Germanicè dicitur der Lehn folge thun.

Renovatio feudi.

thun. Quæ ipsa non tam est titulus, quam tituli & possessionis continuatio, *V. Molina. l. 1. gl. 5. 42.*

§. IV. Investituram præcedit oblatio designationis rerum feudalium, *denombrement*, Traditio.
I. F. Alem. cap. 32. C. Molinæ. ad Consu. Paris. T. I. §. 8. sequitur traditio possessionis, quæ *investitura propria* vulgò dicitur, *die Einweisung / die Einräumung*: quod investitura propriè significet immiſſionem in possessionem corporalem, & traditionem possessionis sub titulo ad transferendum dominium utile habili. Dicitur & *Vestitura* à vestiendo manum, calamo, fuste vel alio symbolo, *Dissert. de simult. invest. c. 1.* Hi tres actus vel gradus ita differunt: Primus promissionis fieri solet in Camera Principis vel Domini: Secundus, *investitura*, in Curia feudali, *Lehens = Hoff / Regierung*. Tertius, *immiſſionis*, in Præfecturis per Præfectos vel alios Commissarios. Primus fit & probatur per *Vererbungs Brieff / oder Befehl an die Beampten*. Secundus per *Lehens = Brieff / vel Nutzedul / oder Lehenschein*. Tertius per actus immiſſionis fit, durch würckliche Einweisung der Beampten / *Huldigung der Unterthanen / und Setzung der Marckstein. I. Alem. F. c. XX. & XCV.*

§. V. Promittitur & constituitur feudum ^{Inter} vel uni vel pluribus: pluribus si promissum est ^{plures}

quis feudum, is potior est, cui feudum designatum potior. nominatenus est, etsi tempore posterior, *vid. Ius Feud. Alem. c. 12. & ibi in Comment. §. 5.* idem est si posterior nactus est investituram saltem abusivam, vel & possessionem; alias prior tempore, potior jure. *Ius Feud. Alem. c. 13.*

Inve-
stit. si-
mult.
quotu-
pl.
§. VI. Si pluribus feudum est constitu-
tum, dicuntur *simultanee investiti*, id quod tri-
pliciter imprimis fieri potest & solet: 1. Quoad
dominium & possessionem simul pro indivi-
so. 1. *Feud. 14. 2. F. 12. J. F. Alem. c. XVI. XLI. XLIII. LXV.* quo casu unus nomine commu-
ni reliquos repræsentat quoties opus sub titulo
substituti vel provasalli, Germ. *Lehenträger*.
Quod etiam in feudis communitatum obtinet.
2. Investiantur plures quoad dominium &
possessionem, sed non plenam, scil. nudam
sine fructuum perceptione. 3. Investiantur
plures quoad dominium tantum, quod tunc
comune est omnibus investitis, possessio vero
plena unius tantum, & hæc dicitur *conjuncta
manus*, *Mitbelehnung/gesambte Hand*.

Origo. §. VII. Investitura simultanea vetustior est
successione sanguinis in jure feudali; cum ve-
teri jure nulla erat successio nisi per investitu-
ram simultaneam, 1. *F. 1. §. 2. Ius Feud. Alem.
c. 43. & 68. Jus feud. Saxon. c. 21. & seq.* unde
origo ejus rectè ad consuetudinem eamque
uni-

universalem refertur *vid. Georg. Obrecht lib. 2. Juris feud. c. 9. n. 4.*

§. VIII. Hæc investitura simultanea reno- *Renovanda*
vanda est regulariter, quod è natura commu-
ni investiturarum, quæ semper sunt renovan-
dæ, rectè probatur, *vid. Schurff. cent. 1. cons. 16. Hart. Pistoris part. 2. quest. 20. n. 20. Obrecht. d. c. 9. n. 26. Coccej. Hypom. feud. p. 48.*

§. IX. Immunitas ergo à renovatione pro-
banda est à Vasallo simultanee investito, idque
vel ex speciali concessione, vel ex generali
desuetudine; sicuti moribus *Longobardicis* J. Lon-
in antiquo feudo nec simultanea investitu-
gob.
ra nec ejus renovatio requiritur. *1. F. 1. §. 2. tit. 8. in fin. tit. 14. §. si duo t. 20. 2. F. 12. ratio quia successio jure sanguinis moribus Longobardicis recepta fuit, & successio simultanea investituræ per desuetudinem abrogata, & eatenus investitura simultaneæ juris Longobardici ab investitura simultanea juris Saxonici & Alemannici distingui potest cum Struvio. c. 9. jur. feud. aph. 14. n. 1. & Rhetio Comm. ad jus feud. lib. 1. tit. 1. p. 86. in fin.*

§. X. In Saxonia obtinuit usque adhuc ve- *J. Sax.*
tus jus succedendi non jure sanguinis sed in-
vestituræ simultaneæ, nec attenda gradus pro-
ximitate, nisi clausula *nach rechter Sippzahl*
adjecta sit.

§. XI. Extra Saxoniam in reliqua Aleman- *J. Aleman.*

nia jus idem obtinuit, ut latius per exempla & diplomata monstravi in *Dissert. sing. de simult. invest. qua Comment. jur. feud. Alem. adjecta est*, idemque jus in Ordinatione Senatus Aulici ulterius observandum inculcatum fuit, nisi defuetudo probetur. Ubi porro non solo sanguinis jure, sed per simultaneam investituram succeditur, ibi regulariter quoque renovatio requiritur, nisi immunitas ab hac probetur, eaque vel in omni casu vel saltem in casu mortis vasalli vel domini, *Rhet. d. p. 85. & p. 351. de Marchia & Pomerania. De Lusatia* habetur edictum Maximiliani I. de ann. 1575. & Electoris Saxoniae de ann. 1653. *Comm. ad I. F. Alem. c. LXV.*

§. XII. Tempus petendae investiturae est *annus & dies*, h. e. annus & mensis, vel etiam spatium sex septimanarum & trium dierum: à tempore scientiae delationis factae vel acquisitionis alterius I. F. 22. 2. F. 24. 40. & 52.

§. XIII. Investitura praeterea est vel *vera* vel *presumpta*, vera est quae probari potest per testes sive pares curiae, vel per literas investiturae, aut per breve testatum, per *Lehen Brieß/Lehen Schein/Mudjedul* & de hac haec hactenus. Sequitur de praesumpta investitura, quae dicitur ea quae de jure praesumitur facta fuisse vasallo ob continuatam possessionem per tempus jure definitum, atque ita vasallus praescriptione acquirere & obtinere potest.

Præscriptio feudalis.

ex parte vasalli.

quoad

potest dominium utile, etsi investituram factam fuisse, probare non possit. Requiritur ^{utile,} autem ad hoc 1. ut in possessione vel quasi sit vasallus, quò pertinet servitorum præstatio & alii actus. 2. possessionis continuatio per tempus longissimum i. e. triginta annorum 2. F. 26. §. 4. 3. titulus possessionis pro feudo vel pro herede feudali: eliditur tamen hæc exceptio præscriptionis probatione malæ fidei. 2. F. 87. Carpz. lib. 1. Resp. 84.

§. XIV. Porro vasallus vel hæres potest directam dominium directum præscriptione acquirere, & illud cum utili consolidare si per *triginta* annos e. g. servitia exacta non præstitit, aut vasallum se negavit, & dominus passus fuit. Cujac. 4. feud. 49. Carpz. dict. resp. 84. Gail. lib. II. Obs. 160. Struv. cap. 13. aph. 10. n. 4. Sc. 15. aph. 3. n. 5. Rosenthal. c. 6. concl. 82. n. 19. alii requirunt *quadraginta* annos, alii *centum* alii nullo modo præscriptionem domini directi admittunt. Andr. de Isernia. Matth. de Afflictis. Clarus Zasius. Duarenus. Rittershusius. Finckeltaus. Vultej. & Sande ad consuetud. feud. tract. 2. F. tit. 1. c. 1.

§. XV. Vicissim Dominus potest acquire- Ex par-
re & obtinere dominium directum, etsi non te do-
probare possit investituram à se vel antecesso- mini.
ribus vasallo factam, si modo probat se in quoad
quasi possessione exactorum & præstitorum direct.
servitorum & similium per triginta annos

fuisse. *Mynsing. cent. 4. Obs. 28. Schultz. cap. 9. Synop. Jur. feud. n. 90. & 91. Rosenthal. cap. 6. concl. 81.*

utile. §. XVI. Idem dominus etiam dominium utile potest præscriptione adjicere dominio directo, si vafallus per triginta annos omisit feudi possessionem & dominus eam tenet. *Rosenthal. d. cap. 6. conclus. 82. Struv. cap. 15. aph. 3. n. 4.*

Ex parte Extranei contra vafall. §. XVII. Tertius denique possessor feudi contra vafallum verum, acquirit dominium utile præscriptione, quoties possessionem tanto tempore omisit verus vafallus, 2. F. 33. *Rosenthal. cap. 6. conclus. 84. Struv. cap. 15. aph. 3. n. 10.* Item tertius investiens vafallum, præscriptione acquirit dominium directum contra verum dominum 2. F. 87. *Struv. c. 8. in fin. & c. 15. aph. 3. in fin.*

contra dom. §. XVIII. Tertius bonæ fidei possessor contra dominum acquirere potest dominium plenum ut rei allodialis, præscriptione triginta annorum. *Schrad. part. 1. c. 4. n. 9. Vultej. lib. 1. de feud. c. 9. n. 18. Struv. c. 13. aph. 10. n. 4 & 5. & c. 15. aph. 3. n. 8.* Et ita respondisse Scabinos Lipsienses anno 1640. versus Glau-cham, reperi. Dissentit Duarenus, Clarus, Finckeltus, & alii plures, per text. 2. F. 40. & 55. Tractavi hanc quæstionem in *Comment. ad Jus F. Alem. c. 26. §. 9.* Res rectius perpen-sa eo recidit, ut tertius bonæ fidei possessor

non

non præscribat contra dominum ignorantem: præscribit contra scientem intra annum.

J. Feud. Alem. c. LXXX.

§. XIX. Ad feudi præscriptionem in rebus *Tem-*
ecclesiasticis quadraginta annis: in *regalibus* ^{pus.}
tempus immemoriale requirunt DD. Idque
ex jure communi, quia jure feudali non esset
decisum. Quoad regalia probatur per *Re-*
cess. Imper. 1548. vid. *Gail. lib. 1. Obs. 21.* *Schultz.*
c. 7. synop. feud. c. 7. n. 29. & c. 9. n. 88. *Struv.*
c. 8. aph. 12. n. 3. quoad res ecclesiasticas dissen-
tit *Baro Schenck. Vultei. & Carpz. disp. 6. feud.*
in fin. quod jura feudalia nullibi distinguant.

§. XX. Successione defertur feudum tri- ^{Succes-}
pliciter, vel pactitia vel legali vel testamentaria, ^{sio feu-}
pactitia est ipsa *investitura simultanea* de qua ^{dal. pa-}
supra, & quæ etiam inter patrem & liberos
frequentata, *Jus feud. Alem. c. 68.*

§. XXI. Successione legali sive ab intesta ^{ab in-}
to acquirunt feudum regulariter non ascen- ^{test.}
dentes, sed *descendentes masculi legitimi*, *Che-* ^{Reg.}
liche Leibs- & Lehens- Erben à primo acquirente
descendentes; & si plures, omnes pro indiviso.
J. feud. 1. & 50. Jus feud. Alem. c. 16. & 60. nisi
jus primogenituræ introductum probetur.
Aur. Bulla c. 24. C. Molinæ. consv. Paris. T. 1.
§. 13. Gl. 1. & §. 19. ubi docet, Jus primog. ad
lineam collateralem non extendi regulariter.

§. XXII. Successio devolvitur etiam *legi-*
timatis per subsequens matrimonium per re-

B. §

scri-

scriptum principis cum clausula succedendi, Amph. aut feuda acquirendi: sed salvo jure legitimorum liberorum vel etiam alterius tertii. *Gloss. 2. F. 26. §. natur.* Comment. ad *J. F. Alem. c. 40. §. 4.* Jus repræsentationis quoque locum habet in successione feudali æque ac allodiali. *1. F. 8. Bets. de pact. Famil. c. 9. pag. 612.*

Declar. §. XXIII. Collaterales defuncti succedunt jure communi Longobardico ab intestato, sanguinis jure à primo acquirente, *2. F. 50.* Atque collaterales defuncti ad *laudemium* si-
ve *Relevium* tenentur *2. F. 12. & 5. F. 1.* Relevamentum etiam vocatur & in Gallia regulariter obtinere testatur *Molin. ad consuetud. Paris. l. 1. §. 2. & 33.* in Germania vocatur *Lehensatz* vid. *Comm. ad J. F. Alem. c. 55.*

Exc. §. XXIV. Excluduntur à successione filii
1. adoptivi, *2. F. 26. 2.* Naturales *2. F. 26.* & nati ex matrimonio inæquali, *J. F. Alem. c. 40. & ibi Comment.* Porro *feloniam* committentes *2. F. 55. §. 2.* Clerici & Religiosi *2. F. 26.* nisi ad feuda Imperii electi fuerint, *J. F. Alem. c. 6. & ibi Comment.* Porro *Imperfecti* & ad servitia inepti natura. *2. F. 36. vid. Comment. ad Jus feud. Alem. c. 63.* alimentis tamen acceptis *1. F. 6. in fin.* Excluduntur & fratres uterini & Germani quoque nisi simultanee investiti, *1. F. 1. & 2. F. 11.* Deique conjuges excluduntur. *1. F. 15. J. F. Alem. c. 103.*

De Effectu conventionis
feudalis.

§. I.

IS duplex est vel feudi promissi vel consti-
tuti. Effectus feudi tantum promissi, sive ^{Exspe-} ^{ctantiae}
expectantiae, est obligatio & actio ad rem per- ^{effect.}
sonalis, si casus & conditio existat 1. F. 4. 2. F. 35.
nisi investitura eventualis accesserit, tunc enim
actionem realem utilem habet vasallus *vid.*
Comm. ad J. F. Alem. c. 12. & seq.

§. II. Effectus feudi constituti, & saltem Inve-
symbolice traditi, est societas quaedam inter ^{stiturae}
dominum & vasallum, quae sicut aliae societa- ^{sym-}
tes, consistit in jure & obligatione inter domi- ^{bol.}
num & vasallum reciproce.

§. III. Jus & obligatio utrinque ex parte ^{Jus}
domini & vasalli, duplex est, circa personas & ^{dom.}
res. Ex parte domini oritur jus circa perso- ^{circa}
nam vasalli, ex obligatione vasalli ad Hono- ^{perso-}
rem & Obsequium 2. F. 23. Jus feud. Alem. c. 6.
Jus Saxon. Feud. c. 4. Circa personam jus illud
imprimis ex *Homagio* oritur, sive *hominio*. quo
investitus de feudo fit homo domini i. e. vasa-
llus, praeter homagium subjectionis: atque *Ju-*
risdictionem in personam vasalli continet,
quod tamen limitandum est quoad causas feu-
dales 2. F. 5. itemque Jus exigendi servitia feu-
dalia *in persona*, non per substitutum 2. F. 26. §.

§.

si quis decesserit. & tit. 55. §. 1. l. F. Alem. c. 87.
 Jus Saxon. Feudal. c. 46. Hinc per pacta ad-
 dita personalis immunitas obtinenda, *vid. I. G.*
diplomaticum Dn. Leibnizii p. 5. Huc etiam
 pertinet *jus tutela* in vasallum pupillum, *I. F.*
Alem. c. 49. §. 55. Accessit etiam consensus in
 nuptias vasalli, *vid. Const. Frid. II. Lib. 3. t. 17.*
 Thomas Cragius *L. 2. F. 21.* Itaque Baldus in
authentica si quas ruinas. ait : quod feudum
magis coheret persone, quam patrimonio,
quia causa feudi radicata est in persona i. e. in
servitio personali. hæc Baldus. Principaliter ita-
 que obligatur persona vasalli, cujus fides est
 electa; sicuti reciprocè & persona domini ob-
 ligatur, cujus fides reciprocè est electa: Secun-
 dario non tam res obligatur, ut vulgo putant,
 quàm itidem *persona vasalli respectu rei & do-*
minii utilis, ut eo rectè utatur. Sicut & vicif-
 sim persona domini, ut protegat vasallum in
 re fruenda. Verior itaque sententia est quod
 ex hæc obligatione etiam oriatur *actio præju-*
dicialis, quam sententiam præcipue defendit
 inter veteres Durandus Speculator: inter recen-
 tiores Ubertus Giphanius: à quibus *Diss. Struv.*
c. 16. aph. 2. n. 6. Molinaeus *consu. Paris. t. 1. §.*
1. gloss. 5. n. 5. restringit veterum sententiam ad
 feuda ligia: sed hætenus par ratio est. Hinc
 & actio & exceptio præjudicialis datur vasallis,
 quoties alienantur inferioris clypei dominio,
I. F. Alem. c. 89. §. ibi Comm.

§. IV. Ad honoris jus pertinet quod Dominus non debeat à vasallo accusari, 2. F. 33. §. 1. nec actione famosa peti potest, *ang. l. 5. §. 1. de Obs. parent. & patron. debit*, nec testimonium contra eum dici 2. F. 33. §. 2. Nec juramentum calumniæ domino deferri *d. t. 33. §. 1. nec condemnari ex causa debiti, nisi in quantum facere potest dominus. vid. Coll. Argent. de re jud. §. 34. n. 4. Diss. Schneidevv. ad §. sed etsi quis n. 2. Inst. de act. vid. Ummii process. disp. 23. n. 28.*

§. V. Ad Obsequium regulariter pertinent servitia feudalia, eaq; vel militaria vel palatina & curiæ 2. F. 26. §. licet vasall. §. 1. I. F. Alem. c. 7. & 9. quæ sunt vel determinata vel indeterminata 2. F. 23. §. 1. determinantur militaria secundum numerum equitum, quos vocamus Ritter Pferde / quæ præstanda sunt quotiescunq; requiruntur 2. F. 26. §. licet vasallus. t. 37. §. non cogitur §. 1. 28. §. ad hoc. Et obligatur vasallus ad servitia militaria etsi dubitet de causa belli justa domini, si feudum retinere mavult quam refutare 2. F. 28.

§ VI. Vasallus servitia militaria *sumptibus* De propriis ex fructibus feudi præstare tenetur, *sumtib.* sed duntaxat quantum ad preparationem apparatus bellici, vulgo die Mundierung / attinet, & ad certum tempus: de cætero dominus præbet sumptus de jure, *Kapitular. Caroli. lib. 3. cap. 74. Jus F. Alem. c. 7. & Sax. c. 4. 2. F.*

2. F. 23. & antepenult. Rittershus. 2. F. 1. n. 44. Rosenthal. c. 8. Concl. 24. Damnum vero dominus vasallo non restituit 2. F. 7. & 28. J. F. Sax. c. 4. Georg. Schultz. Synops. F. c. 10. n. 45.

De do-
mino
potio-
ri.

§. VII. Si plures dominos vasallus habet, qui exigunt servitia simul, antiquior præferendus 2. F. 28. §. fin. alteri *hostenditia* præstanda sunt, J. F. Alem. c. 87. J. Sax. c. 46. Schrad. de Feud. c. 6. const. 6. n. 19. Schultz. d. c. 10. n. 31.

Jus
dom.
in re
domin.
direct.

§. VIII. Jus circa rem feudalem dominus habet duplex in re & ad rem, *jus in re* est *dominium directum*, quod ita per analogiam ab *actionibus directis* ex jure Romano ab interpretibus fuit appellatum: quod etiam *proprietas* dicitur: quod tamen cum grano salis accipiendum, & tantum quatenus ea communis est cum vasallo. *vid. Car. Molina. ad Consv. Paris. T. 2. pag. 109.*

ejus ef-
fect.

§. IX. Effectus domini directi est, ut vasallus sine consensu domini, rem feudalem non possit alienare, 2. F. 13. in fin. tit. 34. §. 1. & t. 55. §. præterea. Item ut feudo aperto dominium domino consolidetur, 2. F. II. 15. 18. & 28. Hinc *rei vindicatio* ratione domini directi domino competit; imo & *remedia possessoria*; nam possessio civilis retenta intelligitur à domino ratione domini directi, ut habet *Glossa in L. un. C. uti possidetis; Dixi, ratione domini directi*, quod ampliatur etiam ratione domini

minii directi *intermedii*, scil. in subfeudatione. Quælibet enim proprietas, large sumpto vocabulo, habet possessionem vel quasi sibi correspondentem, *vide Molina. tit. I. §. I. gloss. 6. n. 8. & seqq.*

§. X. Præter jus in re, gaudet etiam Dominus ^{Jus ad rem.} jure ad rem, contra vasallum, ex obligatione personali vasalli, quæ vasallus tenetur domino de dolo & culpa, sive de præstationibus personalibus. Ex hac obligatione oritur *condictio causa dati feudi causa non sequuta servitorum vel fidelitatis.* Item condictio ad impetrandam investituram, vel ad præstanda servitia, deniq; actio de Felonia.

§. XI. Vasallus vicissim habet jus circa personam domini, ex obligatione domini ad fidem & ^{Jus vasalli circa personam.} protectionem vasallo debitam ex contractu feudali, 2. F. 26. §. *domino. t. 33. §. 1. & rit. 47.* item ut dominus investiens vasallum de feudo *nobili*, debeat etiam pati ut *nobiliter vivat*, qua de re infra, de feudo nobili; Quare sicut filius habet *actionem præjudicialem* contra patrem, qui denegat jus & protectionem patriæ potestatis; ut civis vel subditus contra dominum, uxor contra maritum: sic vasallus contra dominum habet *actionem præjudicialem & obligationem* circa personam ejus.

§. XII. Jus vasalli circa rem feudalem est ^{Jus vasalli in re do-} *itidem in re & ad rem.* Ius in re est *dominium utile* vel usufructus feudalis h. e. jus per-^{cipi-}

cipiendi omnes fructus naturales & civiles cum omni causa, accessione & utilitate I. F. 4. §. 5. adeoque & thesauro invento. Diss. Bonacina, partiens inter utrumque. *Bitsch. de thesaur.* Itemque *possessio*, ad quam impetrandam, habet actionem contra dominum, ut etiam de evictione. *vid. Obrecht.*

Possess. L. III. de F. c. 14. *Possessio* jure feudali, ut alia jura quævis, ad hæredes transmittitur, secundum regulam juris Germanici: *Der Todte erbt den Lebenden.* Et Francici: *Le morte saisi le vief.* de qua regula Tiraquellus integram commentationem reliquit. *Leonin. Consil. 98.* & plura in *exercit. ad ff. 15. §. 13. &*

Pign. 30. §. 105. 122. Tertio *pignus* quoque in feudo pignoratitio, de quo infra suo loco, denique *actiones reales* instituendi & excipiendi jus pro feudo: etiam *transigendi*, salva feudi substantia, 2. F. 26. §. *si vasallus* §. 1. 8. §. 1. 43. aut *compromittendi* 2. F. 15. §. 34.

Servit. §. XIII. *Jus servitutes* feudo *acquirendi*, competit vasallo jure domini utilis, non autem *imponendi*, nisi ad tempus aut sine præjudicio domini & successoris 2. F. 8.

Subinfeud. §. XIV. Eodem è fonte gaudet vasallus jure *subinfeudandi* vel *subinvestiendi*, de quo 2. F. 34. §. 2. & I. F. *Alem. c. 49.* Est autem subfeudatio, concessio & investitura de dominio utili subordinato, reservante domino mediato sed intermedio sibi, aliquod dominium

de-

directum subordinatum, 2. F. 34. §. *similiter*.

1. F. Alem. c. 30, ubi in Commentario plura.

§. XV. Jus refurandi feudum vasallo Refur. competit etiam sine consensu domini 2. F. 14. 38. Jus F. Alem. c. 5. §. 70. Est autem refutatio jus resignandi dominii utilis, & retrahendi domino directo adeoque regulariter fit in favorem domini ut consolidetur domini duplex. nium directum cum utili, & consequenter consensus domini præsumitur potius, quàm requiritur. Datur tamen præter hanc speciem etiam alia refutationis species quæ fit in favorem *tertii*, & sub ea conditione, ut dominus illi conferat, quod tamen domino invito fieri non potest, 2. F. 14. J. F. Alem. c. 21. §. 107. §. 3.

§. XVI. Jus alienandi feudum non est pe- Jus nes vasallum solum, sed commune domino alien. & vasallo, adeoque vasallo competit, non nisi cum consensu domini; 1. F. 5. 2. F. 9. §. 55. etiam in feudo *hereditario*, nisi hoc expresse pactum sit, ut liceat alienare sine domini consensu, 2. F. 48. Cum porro alienatio sit duplex, vel *mera* dominii translatio, vulgo *Erb. duplex. fauff* oder *Tausch*: vel *restricta* pacto retro venditionis, ein *Wiederverfauff* / vel qua jus pignoris aut hypothecæ tantum transfertur: Igitur ad alienationem feudi per emptionem vel venditionem & similes ad transferendum dominium habiles titulos, requiritur consen-
C sus

sus & confirmatio domini. Pariter in oppignoratione non sufficit confirmatio contractus principalis, v. g. mutui, sed requiritur speciatim consensus domini in hypothecam.

**Dota-
lit.** §. XVII. Pertinet huc etiam constitutio *dotalitii*, quo dominium utile *ad dies vite* transfertur in viduam vasalli, hoc etiam sine consensu expresso fieri potest per constitutionem Friderici, *L. 3. t. 15. & seqq.* Satius tamen est ut cum ipso fiat *vid. J. F. Alem. c. 64.* ubi duplex ratio dotalitii exponitur jure scil. usufructus meri & jure investituræ. Cautio tamen usufructuaria non requiritur. *vid. Exerc. ad ff. XVII. §. 21.*

CAP. VII.

De Debitis Feudalibus.

§. I.

**Reg. de
Obli-
gatio-
ne. de-
bito-
rum
feuda-
lium.** **P**Ræter obligationem inter Dominum & Vasallum reciprocam, regulariter nulla datur obligatio inter dominum & tertium, puta defuncti vasalli creditorem, ac similiter inter agnatum successorem & tertium istum defuncti vasalli creditorem, 2. F. 45. ubi de agnato dicitur: *nec de debito hereditario aliquid feudi nomine solvere cogitur.* ubi *debitum hereditarium* vocatur totum æs alienum die passiv. *Schulden* / quod reliquit vasallus defunctus, in quo etsi quædam esse possint, quæ feudum ipsum concernant, tamen nec eo nomine

mine ad quicumque teneri Successor hic dicitur. *Sed in fructibus* (illius anni quo mortuus est vasallus. Jacob de Belloviso) *si quos reliquit, ut de iis debitum* (totum æs alienum indistincte) *solvatur* (ab hæredibus allodialibus) *quo scil. tempore decesserit vasallus considerabitur.* Sunt verba textus 2. F. 28. §. *his consequenter.* Item 2. F. 86. ibi: *Fruges exstantes non ad dominum sed ad filias ipsius vasalli, vel etiam ad uxorem ejus pertinere: Et hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit.* Adeoque liquet hinc, textus juris feudalis ignorare divisionem inter debita feudalia & allodialia: ratio est quod æs alienum afficiat hæreditatem, non feudum, & ita obliget hæredem, non possessorem feudi novum. Vide de hoc quatuor opiniones Doctorum à Berlichio examinatas & rejectas, proposita sua veriore P. 2. *Concl. 55.*

§. II. Nimirum vasallus plerumque relinquit debita duplicis generis, feudalia & allodialia, quæ & *debita vasalli* vocantur. 2. F. 45. Feudalia sunt, quæ feudum ipsum afficiunt, h. e. quæ continent jus reale in feudo, ut *pignus*: idque vel *expressum*, per consensum domini & agnatorum: vel *tacitum*, non tam juris Romani, quam consuetudinis feudalis, cui consuetudini non, ut vasallo, prohibuitur est, hypothecam tacitam introducere. Communiter hæc vocantur *onera realia*

Pignus
tacit.

feudo inhærentia etiam *sine speciali oppignoratione* : de quibus superioris regulæ exceptiones sequentes notamus.

Exc. I.

§. III. Prima exceptio : Si ipse possessor novus feudi, est *hæres simul* defuncti, ut filius, tunc ad debita patris solvenda utique tenetur. Ratio, quia respectu horum debitorum censetur feudum quid hæreditarium patris defuncti. 2. F. 45. Vid. *Ant. Monachus de recta feudorum interpretatione per tot.* Diss. Bulgarius & Irnerius, sed vid. Jacob. de Ardizone c. 136. p. 169. sq. Id quod in feudo *hæreditario* extenditur ad quemvis successorem, etiam extraneum, pro natura feudi hæreditarii, 2. F. 48. Berlich. 2. *Concl.* 55, 20. Imo extenditur etiam ad feudum non-hæreditarium novum, si agnati ita ex pacto succedunt, ut simul hæredes sint in allodio, *Struv.* c. 14. *aph.* 28. n. 2.

II.

§. IV. Excipe secundo, nisi debitum aliquod gaudeat hypotheca expressa in feudo, cum *consensu* agnatorum, vel simultanee investitorum, & imprimis domini constituta, aut alias fuerit contractum ratione ipsius rei feudalis; sed hoc usu & interpretatione prudentum ita fuit introductum. Idem extenditur ad *extraneum* possessorem, qui in jus & obligationem domini vel vasalli succedit, *Carpz.* l. 4. *Resp.* 68. *Coccej.* c. 9. §. 5.

Exc.

exc.

§. V. Sed hæc altera exceptio ita sublimitatur de jure feudali communi, quod exinde
qui

quidem obligetur successor & dominus, sed
ita, ut, sicuti fidejussores quidam, gaudeant
exceptione excussionis hæredum allodialium,
& obligentur tantum in subsidium. Berlich.
p. 2. concl. 55. n. 36. Ant. Monach. *de rectoria*
feudor. interpret. c. 65. n. 35. secus de jure Sa-
xonico Electorali, ut constat ex *Part. 2. const.*
46. & Berlich. d. l. n. 42.

§. VI. Tertio excipe, si debitum probetur Exc.
in rem & utilitatem feudi *versum*, tunc enim III.
non in subsidium, sed principaliter solven-
dum est, ex substantia feudi, idque utroque
jure communi & Saxonico, Berlich. *d. l. n. 57.*
Schultz *in synop. feud. c. 8. n. 176. & seqq.* Huc
etiam referuntur *salaria advocatorum*, qui
causam feudi gesserunt utiliter Struv. *c. 14.*
§. 7. Item *mutuum*, quo feudum comparatum
est, etiam utroque jure. Berlich. *d. l. n. 95. &*
seq. Struv. *c. 14. n. 7. & 8.* Item *residuum pre-*
tii tenentur solvere successores, quia rem
ipsam tenent, cujus pretium restat, idque ex
ipsa comparatione sine qua non succederent;
secus est in domino, qui ad id non tenetur.
Struv. *c. 14. §. 8. in fin.* Cautela itaque est, ut
tali in casu consensus domini impetretur ex-
pressus.

§. VII. Onera illa realia sine expressa op- Onera
pignoratione sunt Primo obligatio ad *dota-* real. si-
tionem filiaë vasalli defuncti, qua obligatur & ne op-
successor & dominus in subsidium. Andr. de pign. I.
Dota-

Ifernia in tit. de invest. de re aliena n. 5. Matth. de Afflict. ibid. Hartm. Pistor. l. 2. p. 2. qu. 37. Convenit jus Saxonicum municipale tit. wie die Töchter aus dem Lehenguth. secus jure Electorali, P. 2. C. 46. und die Land-Erben damit verschont werden. Par ratio est mutui accepti ad dotem solvendam, vid. Richt. de pr. Credit. c. 4. §. 1. n. 168.

II.
Dotalit.

§. VIII. Secundum onus reale est *dotalitium*, quod ipsum etiam *dotarium* sive *Doarium* appellatur, & pro dote illata atque in feudum præsumptive versa, non repetenda, constituitur. Veteri jure feudali dotalitium in feudo constitui vix poterat. 2. F. 9. in fin. quam sententiam adhuc sequuntur Wesenb. Koepen. Jacob. Schultz Berlich. & alii: Introductum tamen fuit à Friderico II. Imperat. ut in feudo dotalitium constitui possit, lib. 3. const. t. 15. & seq. Plura ibi Andr. de Ifernia; De jure Gallico similiter testatur Carol. Molin. ad Consu. Paris. §. 33. gloss. 1. n. 158. & convenit Jus Feud. Alem. c. 64. & Saxon. c. 31. putacum consensu domini & agnatorum vel simultanee investitorum. Jus Elect. Saxon. idem quidem admisit in const. 46. Part. 2. præterquam, quod non in subsidium, sed principaliter obliget successores. Sed communi jure obligantur successores in subsidium etiam tacite, etsi expresse non promissum fuerit, modo dos illata sit, aut saltem non ob mo-
ram

ram uxoris illatio omiffa, Berlich. p. 2. c. 52. n.
1. § 68.

§. IX. Tertia species sunt alimenta filiis de- III.
functi imperfectis in subsidium debita. 1. F. 6. Ali-
§. mutus. § 2. F. 36. 7. F. Alem. c. 63. Quod ment.
extenditur quoque ad filias non elocatas, Ber-
lich. dict. concl. 55. n. 73. Par ratio filiorum se-
cundo genitorum, ubi jus Primogenituræ & Apa-
Apanagii locum habet. Tiraquel. de jur. pri- nag.
mog. Qu. 4. Betsius. de pact. famil. illust. c. 8.
p. 379. Springsfeld. de J. Apanag. Rhetius de
Portion. alimentar.

§. X. Quarta species est, quod legitima vel IV.
ejus supplementum debetur ex feudo novo Legiti-
empto vel alias comparato, ne filia & liberi ma.
à successione in feudo exclusi, in legitima
fraudentur vid. Exerc. 14. ad ff. §. 73. Struv.
de feud. c. 14. §. 19. Idem juris est, si pater bo-
na sua in feudum obtulit. Plane legitima
accepta, dotis & alimentorum petitio locum
non habet. Berhs. de pact. famil. Illust. c. 9.
p. 597.

§. XI. Quinta species sunt impensæ in fu- V.
nus vasalli defuncti, sed in subsidium & ex pie- Im-
tate. Mev. decis. 174. P. 2. Struv. c. 14. §. 20. pens.
Diss. Coccej. cum Carpz. P. 2. c. 46. def. 36. fun.
Cæterum sumptus in servitia militaria zur
Mundirung und Auffbringung der Ritters-
pferd / pro debito feudali censendos negat
Berlich, dict. concl. 55. §. 76. Carpz. d. con. 46.

def. 34. & Struv. *d. c. 14.* Affirmant contra Andr. de Ifernina, Matth. de Afflictis, Schrader, Moller, Coccej. & alij. Qua in re temperamentum adhibendum est: regulariter quidem verum est, ejusmodi debita non esse feudalia: ratio quia vassallus percipit fructus, ut ex iis servitia domino præstet, sed hæc ratio vera est de servitiis ordinariis, quod si vero extraordinaria exiguntur, & fructus feudales annuos transcendentia, tunc magis est, ut debitum sit feudale: ratio quia hoc casu idem operatur impositio domini, quod alias impositio legis, quam hic requirunt dissentientes. *Carpz. d. def. 34. in fin.*

CAP. VIII.

De modis finiendi & amittendi feudum.

§. I.

Refu-
tat.

FEudum amittitur, & obligatio inter Vassallum & Dominum mutua cessat, primo refutatione, qua vassallus pro lubitu dominum utile, domino etiam invito, iterum cedere & resignare potest, 2. *F. 38. Jus Feud. Alem. c. 5.* Dominus vero non potest dominium utile avocare sine causa cognita nisi ex pacto expresso, de quo *f. F. Alem. cap. 97. 99. §. 26. §. 3.* Addit Baldus & Molinaus aliam exceptionem de vassallo *ligio*, id est, qui uni soli domino obligatus est, quod is non possit feudum

re-

refutare invito domino, *tit. 1. ad consuet. Parisiens.* §. 1. gloss. 1. n. 9. Rationes ejus sunt duæ, tum quia persona vasalli ligij principaliter sit obligata, tum quia gravissimum sit, supremo Principi fidem fallere. Sed prima ratio communis est cuilibet vasallo non tantum ligio, qui principaliter obligatur quoad personam, secunda ratio planè nihil ad rem facit, nec subditus fidem fallit, qui resignat jus Civitatis.

§. II. Præscriptione & per hanc præsumta Præ-
à lege voluntate vasalli amittitur feudum, scriptio
quoties per longissimum tempus vasallus do-
minium utile neglexit, de qua cum supra de
acquisitione feudi ut correlato, dictum fuerit,
ea hic non sunt repetenda.

§. III. Amittitur feudum tertio apertura Aper-
quoties deficientibus successoribus feudali-
tura.
bus feudum domino aperitur, i. e. cum domi-
nio directo consolidatur 1. F. 18. 2. F. 15. 26. &
34. quanquam extendatur ad Agnatorum
successionem & quæ fit per feloniam 2. F.
31. & 37. Carol. Molinæus *ad tit. 1. ad con-*
suet. Paris. §. 1. gloss. 4. *in pr.* hujusmodi
praxim ita tradit: *Communis modus utendi est* Appre-
quod domini merum vel mixtum imperium ha- hensio
hentes, prebendunt feuda ipsis aperta, per Offi- possess.
ciales proprios jurisdictionis sue; si nullam
habent jurisdictionem, solent prebendere au-
thoritate Judicis competentis. Ab isto mo-

do differt invasio, seu violenta feudi apprehensio, de qua *J. F. Alem. cap. 22. § 74.*

Interitus.

§. IV. Interitu fundi feudalis finitur obligatio & jus feudi, si fiat vi majori & totaliter quoad substantiam. Ratio ex natura usufructus petitur, quia tamen feudum non merus usufructus est; sed dominium in feudo, igitur non sicut usufructus ædium cessat eis exultis §. 3. *Inst. de usufr.* sic & jus feudi, sed remanet illud in area jure dominii, ac in ipsa area. *Struv. c. 15. §. 4.*

Inhabilitas.

§. V. Finitur feudum etiam inhabilitate personæ vasalli superveniente, veluti habitu monastico *1. F. 6. §. 2. 2. F. 21. § 26. §. qui Cleric. 1. § 30. J. F. Alem. cap. 3. § provinciale cap. 6. § 90.* Excipe Clericos Nobiles & qui regalia tenent vid. *Comm. ad J. F. Alem. cap. 3.* eoque jure utimur vid. *Struv. cap. 9. §. 10. de imperfectis casu & natura in eodem d. Comm. ad cap. 63.*

Mors.

§. VI. Morte etiam possessoris vasalli feudum finitur, ut nec ad heredes masculos transmittatur, sed illud tantum quod personale vocatur *2. F. 40. in fin. J. F. Alem. cap. 111. § seq.*

Felonia.

§. VII. Denique privatur vasallus feudo ob feloniam, id est ex delicto, eoque vel vero & ex proposito doloque commisso, vel ex quasi delicto ex sola culpa ac negligentia, utrumque dicitur *felonia*, vocabulo Longobardico non tantum sed & *Francico & Teutonico.* Si-

cut

cut & vox *culpa* sæpe ita accipi solet, ut & dolum comprehendat. Casus feloniarum omnes certa lege nec definiti sunt & vix definiri possunt 2. *F.* 23. per analogiam tamen ex causis exheredationis de quibus in *Nov. 115.* revocandæ donationis *ex l. f. C. de revocand. Donat.* itemque repudii *Nov. 22. c. 15.* relicta est definitio iudicis arbitrio, qua de re vid. *Rosenth. c. 10. concl. 15. usque ad 37.*

§. VIII. Delictum, quo feudo vasallus pri- in Do-
vatur, regulariter fit in dominum, vel saltem ^{minimum}
in ejus familiam, veluti si domino infidelis esse probatur 1. *F.* 17. si servitia non præstiterit requisitus, *Consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. & 43.* Aut dominum in pugna, aut periculo deserit 1. *F.* 5. 17. 2. *F.* 24. & 51. *Rosenth. de cap. 10. concl. 16.* si vel ipse vasallus, sive saltem Substitutus. *Coccejus tit. 8. §. 3.* Planè vitam domini suæ præferre non tenetur *arg. l. 5. §. penult. de agnosc. liber. vid. tamen l. 1. §. 28. de Scto Silaniano. & ibi glossa.* Item si secreta revelaverit 1. *F.* 17. 2. *F.* 7. Quæritur hic an si literas ad dominum scriptas resignaverit? Negat *Coccejus tit. 8. §. 4.* Affirmat *Antonius disp. feud. 11. tb. 3.* Magis est ut feloniam præsumatur & quæstio affirmetur, nisi de dolo & culpa se se purget vasallus. Perro insidias ponendo, injuriis afficiendo, cum hoste domini faciendo, vel saltem amicitiam contrahendo: Item si contra dominum testimonium dixit

dixerit, aut plane ipsum accusaverit: Item si consensum domini in alienatione & traditione Feudi non requisiverit 2. F. 26. §. si vasallus. 2. F. 42. & lib. 1. Tit. 55. J. F. Alem. cap. 107. & 122. vid. Ardizone pag. 121. Coccejus tit. 8. §. 10. Porro si sciens inficiatus fuerit feudum vel ejus partem 2. F. 26. 34. Item si ex proposito & contumaciter investituram non renovaverit: Item si stuprum intulerit aut tentaverit uxori, liberis, sorori, privignæ; nurui, quæ in domo domini sunt 1. F. 5. 2. F. 24. §. 2. & tit. 38. Rosenth. cap. 10. concl. 27. vel opem saltem tulit 2. F. 7. Rosenth. de cap. 10. concl. 18. His casibus & similibus feudum domino aperitur, etsi Agnati adsint vel simultanee investiti, sed tamdiu aperitur domino quamdiu delinquens & descendentes ejus vivant. 2. F. 24. In ecclesiasticis feudis restituitur feudum successori post mortem 2. F. 40.

in ex-
tran.

§. IX. Dantur tamen quædam delicta, etiam in extraneos commissa, ob quæ vasallus feudo privatur, ita ut domino illud aperiatur: Ea sunt primò crimen læsæ Majestatis 2. F. 56. J. Alem. provinc. vulgò Land: Necht 1. cap. 61. Aur. Bull. tit. 24. Secundo parricidii 1. F. 5. 2. F. 24. & 37. Tertio proditio convasalli sive paris curiæ 1. F. 5. 2. F. 37. Quartò incestus jure naturali prohibitus 2. F. 56. His casibus posterioribus feudum non aperitur domino, si agnati adsint, sed hi succedunt 2. F. 24. §. de-
ni-

nique. Si subvasallus aut subvasalli filius aut domesticus offenderet dominum superiorem, vasallus intermedius non obligatur, nisi ex facto suo concurrente 2. F. 51. & 55. Kohlius *de subinfeudatione cap. 4. n. 52.*

§ X. Quasi delicto sive sola culpa atque negligentia etiam privatur feudo vasallus v. ^{liet.} g. si neglexit renovationem investituræ justo tempore, aut servitiorum præstatione, rigore juris. Ex æquitate tamen solet multa dictata feudum ulterius concedi, *Struv. cap. 10. aph. 9. n. 3.*

§ XI. Privatio ex delicto non fit ipso jure, Per sed demum per sententiam condemnatori- ^{sent.} am, itaque fructus eo usque vasallus lucratur ^{tenet.} *arg. l. 44. de rei vindicatione.* Excipe casum ipso jure alienati feudi sine domini consensu, tunc ^{re.} enim ipso jure fit privatio, i. e. fructus à tempore delicti commissi & factæ traditionis cum ipso feudo restituendi sunt, 2. F. 26. §. *c. allidis*, Carol. Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. gloss. 30. n. 37.* *Struv. cap. 15. aph. 11. 6.*

§ XII. Feudo sive per aperturam ad do- ^{Fruct.} minum sive per successionem ad agnatos de- ^{per-} voluto, fructus percepti pertinent ad defuncti ^{cept.} heredes allodiales. Quibus fructibus etiam comparantur civiles, quorum dies venit tempore mortis, die verfallen sind vor dem Todt. quo & multa pertinent, *l. 244. de V. S.* Cui jure Saxonico adjicitur adhuc mensis post ^{mor-}

mortem defuncti, alias pro rata temporis dividuntur jure communi, sed jure Saxonico ad heredes Allodiales non amplius pertinent. *Lib. 2. Art. 58.*

§. XIII. Fructus naturales nondum percepti tunc ad heredes allodiales pertinent, si vasallus defunctus est intra Martium & Augustum inclusive 2. *F. 28. §. hic conventi.* Anton. Monachus *de recta feudor: interpretatione.* Ratio quia Calendis Martii arva censentur consita à vasallo, & mense Augusto maturuisse fructus. Secus si fructus tardius maturefcunt, eo usque acquiruntur heredibus. *Hartmann. Pistoris Lib. 1. quest. 24. n. 48.* Unde & vindemiæ heredibus addicuntur. *Struv. cap. 15. aph. 16. n. 4.* & vid. hic *Molin. tit. 1. §. 1. gloss. 8. per totum.* Unde & jure Saxonico fructus industriales heredibus allodialibus semper cedunt, si tempore mortis vasalli agri fuerint rastro subacti, *Jus Saxonie. Provinc. Lib. 2. art. 58.*

Pertinentiæ. §. XIV. Feudi quoque sunt quæ ibi perpetui usus gratia constituta sunt, velut partes, vel saltem ut accessoria, veluti torcularia, machinæ bellicæ, pisces in piscinis, feræ in vivariis & similiter, quæ ex principiis juris communis etiam dependent, *vid. l. 13. l. 17. de Act. Empt. l. 242. §. 4. l. 245. de V. S.*

Impensæ. §. XV. Sumptus & impensas in feudi substantiam, & utilitatem permanentem convertas,

fas, recipiunt heredes Allodiales, etiam si fe-
lonia vasalli intervenerit. Diversa ratio est
Emphyteuseos, hujus natura in eo consistit, ut
fundus melior reddatur 2. F. 28. §. si vasallus.
Aut positum auferunt, estque electio Domini
vel Successoris, *Resentb. cap. 43. concl. 144.*
Struv. cap. 15. aph. 16. §. 1. At jure Saxonico æ-
dium pretia non repetuntur *Lib. 2. Jur. Pro-*
vinc. Saxonici tit. 21.

§. XVI. Vasallus à Principe summo resti- Resti-
tutus ob crimen commissum, feudum semel tur.
amissum & domino feudi vel agnatis quæsi-
tum, non recipit, quia restitutione personæ,
non aufertur iterum jus tertio quæsitum l. 2.
C. de precib. Imperat. offer. nisi consensu istius
tertii. Illustre exemplum habetur in restituti-
one Johannis Friderici Ducis & Electoris nati
Saxonix apud *Hordlederum de ortu & pro-*
gressu belli Germanici Lib. 3. cap. 88. n. 64. &
seqq. Item Ducis Holsatix Plœn contra Du-
cem Holsatix Gottorp, de successione Olden-
burgica. *Diar. Europ. P. XXV. pag. 202. 209.*

§. XVII. Alii publicationem faciunt quo-
que modum quo feudum finiatur *arg. l. 48. de*
jur. Fisc. cedereq; feudum domino vel agna-
tis, nunquam fisco, nisi mere hereditarium fu-
erit. Verum enim verò publicatio sive con- Public-
fiscatio coincidit cum modo finiendi per felo- catio
niam ex dolo, & quoties feudum vel domino Con-
vel fisc.

vel agnatis aperitur. Quoties porrò aliquis possessor & Feudi & Allodii ex crimine læsæ Majestatis condemnatur etiam ad confiscationem, tunc feudum quoque finitur & redigitur non in fiscum summi Principis, sed domini immediati, per Capitulationem Cæsaream §. 27. quo declaratur Aurea Bulla *cap. 24. in pr. ibi: bonis ejus omnibus fisco nostro addictis.* quæ declaratio utique conformis est juri feudali Alemannico *cap. 30. & 89. §. 4.* confer *Limnæum ad Aur. Bull. d. loco.* Feudum *hereditarium* rectè non excipitur, quia feudi essentiam retinet, etsi mere tale sit. Unde domino immediato sive intermedio aperitur, etiam in casu perduellionis, per superiora dicta, nec admittenda definitio *Struv. cap. 15. aph. 15. in fin.* Etsi enim tale feudum ejus sit conditionis, ut instar rei allodialis factò vassalli in alium transeat, iste alius tamen non est, nisi Dominus feudi mediatu, non Fiscus Imperii.

Amisio XVIII. Ex quibus delictis dominium utile feudi finitur, ex iisdem etiam directum cessat. *fat 2. F. 26. §. Domino. J. F. Alemann. cap. 69. & 99.* Ergò etiam in eo casu, si dominus directum dominium alienat invito vassallo. *2. F. 34. §. 1. 57. §. 1. & Doctores communiter. Dissentit Struv. cap. 13. §. 9. in fin. vid. Comment. ad J. F. Alem. cap. 89.*

CAP.

De Speciebus Feudorum.

§. I.

Summa feudorum divisio est, quod aliud sit Propr.
 feudum proprium, aliud improprium. Impro-
 Hac divisio est generis non univoci, sed Ana-^{Pr.}
 logi in species analogatas, ut Logici loquun-
 tur, i. e. quarum una perfectè continet essen-
 tiam, alia minus. *vid. Comment. ad J. F. Alem.*
ad rubr. §. II. Proprium feudum est, quod Rectum
 non tantum Essentialia sive substantialia feu-^{feud.}
 di obtinet, ut obligationem ad fidelitatem,
 sed etiam naturalia, ut obligationem ad jus-
 jurandum, ad servitia militaria, & cœtera ea,
 quæ regulariter de jure novissimo insunt feu-
 do proprio, ita tamen ut per pacta adjecta vel
 jure singulari, salvâ feudi substantiâ, abesse
 possint: Brevius: quod regularem feudi na-
 turam obtinet. Vocatur etiam feudum re-
 ctum 2. F. 33. & 20. Ein Recht Lehen / in li-
 teris investiturarum Germanicis: Notan-^{duplici-}
 dum tamen, quod jure feudali Alemannico ^{citer.}
 diversimodè dicatur. Ein Recht Lehn. Pri-
 mò, feudum rectum dicitur simpliciter & per-
 fectè, quod omnia naturalia habet, Secundò
 dicitur secundum quid rectum, idque iterum
 dupliciter, primò vel respectu *transmissibili-*
tatis, sic feudum expectantiæ & simultaneæ
 investituræ dicuntur feuda recta *cap. 100.* Se-

D

cun-

cundò respectu *possessionis*, ita feudum simultaneæ investituræ non est feudum rectum, multò minus expectantiæ *cap. 104. & 107. in fin.*

Impr. pr. §. II. Improprum feudum est, quod Essentialia quidem feudi habet, adeoque jure feudi censetur *1. F. 15. 2. F. 48.* regularem verò feudi naturam non retinuit, sed ab uno aut altero ex requisitis naturalibus per pacta adjecta vel per præscriptionem liberum est & immune, veluti feudum *Francum* i. e. immune à servitiis, aut feudum cum hac clausula datum, ut *ipse* vasallus scilicet *& cui is dederit*, habeat, i. e. uno verbo hereditarium *2. F. 48.* Porro *natura feudi quæ regularis* sive usitata consuetudo vel natura non referenda est solùm aut præcipuè ad usus Longobardicos, sed ad usus proprios, utpote Germaniæ, Galliæ & aliarum provinciarum, quod rectè observat Molinæus *ad consuet. Parisiens. ad rubr. n. 117.* quem taxat *Bitsehius in proæmio p. 15.* putans præsumi, pro jure feudali Longobardico in Germaniâ quoque, nisi quid postea contraria consuetudine vel lege præceptum probetur. Quod ipsum de novo jure utique verum est: Sed de eo non est quæstio, verum de veteri jure, deque consuetudine feudali per Curias Germaniæ recepta quæ per subsidiariam juris Longobardici admissionem non fuit abrogata.

Reg.

§. III. De feudo proprio & improprio quoties dubitatio oritur, hæc regula est tenenda:

da: Feudum in dubio *presumitur proprium* non improprium *l. 1. ff. de i. tit. 4. §. 3. & seq.* De specibus feudi improprii latius tractatur in jure feudali Alemannico *cap. 100. & seqq.* Deniq; videtur etiam dari species *intermedia* inter feudum proprium & improprium, sicut generatim inter proprium & improprium medium dari, sc. *minus proprium* vel non improprium *l. 1. ff. de suis & legit. hered.* subtiliter docet Albertus Bolognetus *Jctus Italus de lege & equitate cap. 3. n. 24.*

§. IV. Secundò Feudum dividitur in Nobile & Plebejum. Fundamentum hujus divisionis est diversitas *ordinis personarum*, quibus ex primæva destinatione & possidendi capacitate feudum aliquod concessum fuit. Nobile est, quod Ordini Nobilium ex primæva destinatione concessum fuit pro servitiis militaribus equestribus, Germanicè propterea dicitur *Ritter Lehn*/ item *Adelich Lehn*. Atque veteri jure Francorum & Alemannorum soli Nobiles erant capaces feudorum, quod postea moribus Longobardorum etiam ad plebejos certo modo extensum fuit vid. *Egv. Baro in l. 1. ff. 7.* Itaque *Molin. ad consuet. Parisiens. tit. 1. §. 15. n. 4.* ait, feuda nobilia non congruere nisi Nobilibus, ita ut non possint acquiri nec retineri per ignobilem, sed hic possit *cogi* ad dimittendum & transferendum in Nobilem, *etsi* feudum nobile ab ignobili

II.
Div.
Nob. &
Pleb.

possideatur, *nobiliter* tamen *possideri*, i. e. feud-
daliter, dum omne feudum dicatur nobile,
sed secundum quid, respectu prædiorum Em-
phyteuticorum & censualium, quæ ignobi-
liter possideantur secundum Baldum *cons. 353*.
Quæ tamen doctrina cum salis grano accipi-
enda, jure enim primævo omne feudum fuit
nobile secundum prædicta, cum plebeji jure
feudali sequiori demum, feudorum capaces
facti fuerint. Vid. Dn. de Eyben *in Elect. feud.*
cap. 9. §. 19. Comment. nostr. *ad J. F. Alem.*
ad rubr. §. 18. & seqq. *Ad cap. 1. §. 23. & cap.*
2. §. 96. Ignobile itaque feudum est, quod or-
dini plebejo ab initio destinatum fuit, veluti
feudum Soldatæ 2. *F. 10.* Hodie Bürger- oder
Bauer-Lehn.

Ignob-
bile.

Reg.

§. V. Regula de feudo Nobili est; quod
nobilitatem possessori acquirendi non con-
ferat, & vicissim feudum plebejum à nobili
possessum, non privat eum nobilitate. Ex-
cipe si ignobilis investitur de feudo nobili à
domino supremo, qui jus nobilitandi habet,
quem per indirectum nobilitare eo ipso in-
telligitur. *Molinaus ad consuet. Parisiens. t.*
1. §. 15. gloss. 3. n. 4.

III.
Rega-
le.

§. VI. Feudum nobile porrò subdividitur
in Regale & non Regale. Fundamentum
hujus divisionis est diversitas *jurium* feudo
inhærentium, quæ à vasallo jure domini uti-
lis exerceri possunt. Regale est quod à Rege

im-

immediatè confertur & dignitatem veluti Ducatus, Episcopatus, Comitatus *l. F. 14.* vulgò Scepter, Lehn & Fahnen, Lehn / confert, neque per *dignitatem regalem* Regia intelligitur sed *jura regalia majora*, hoc est imperium merum, sive Jurisdictio criminalis *Blut-Bann* / potestas statuendi, Magistratus constituendi, judicia ordinandi, jus monetandi, jus Fisci, jus denique belli & pacis, quæ regalia majora vocantur, & hodie uno nomine *superioritatis territorialis* comprehenduntur. Jure Longobardico feudali, vasalli feudum regale habentes vocantur *Capitanei & Valuasores majores* sive Barones, itemque domini, *vid. Bitschius 2. F. 10. p. 271. J. F. Alem. dicitur Furstenambacht. c. cxxxix. §. 7. Furste heist davon, das Im der Kunig das Furstenambachts und das Lehn mit seiner hant libet. Conf. Glossar. du Fresne voc. Principes in German.*

§. VII. Non Regalia feuda sunt, quæ conferuntur de Regalibus minoribus absque dignitate illa regia Nobilitati inferiori, veluti est Jurisdictio, jus venandi, piscandi, vectigalium, angariarum & parangariarum. Hi dicuntur *Valuasores minores*, qui sub se habent valuasinos & alios subditos. *Valuasini* propriè isti sunt, qui feuda habent sine Jurisdictione ignobilia sive Burgensia vulgò *Burgers*

ger. Lehen. *Molinaus tit. 1. ad consuet. Paris. §. 15. gloss. 3.*

Reg. I. §. VIII. Feuda regalia regulariter sunt individua per constitutionem imperialem 2. F. 55. §. 1. Aur. Bull. tit. 20. vid Exercit. ad ff. 20. §. 70. & sqq. Secunda regula: feudorum regalium *Judex competens* est is, qui ea concedit. h. e. summus Princeps 1. F. 18. 2. F. 34. Aur. Bull. tit. 5. *Ordinat. Camerae Imperial. part. 2. tit. 7.* nec tamen exclusis paribus Curiae, vide rem judicatam de anno 1189. Imperatoris Henrici VI, quam refert du Fresne in *Glossario d. l.*

IV. §. IX. Porro feudum est vel Ecclesiasticum vel seculare. Ecclesiasticum est, quod in re seu jure ecclesiastico constituitur. Seculare quod in re aut jure seculari. Fundamentum hujus divisionis est in diversitate rei in feudum datae, quae est vel juris Ecclesiastici vel secularis. De *Origine* feudorum Ecclesiasticorum vid. *Comment. ad 7. F. Alem. ad rubr. §. 15. & ad cap. 42.* Ecclesiasticum feudum est vel Regale vel non Regale. *Regale* est quod habet dignitatem regiam, Teutonice *Scepter Lehn* vocatur, quia olim investitura scepro fuit facta. Non regale vocatur *Krumb: Stabs: Lehn* vel *Stiffts: Lehn*. Seculare feudum itidem est vel Regale vel non Regale. Regale iterum duplex, feudum Principum vel, vexilli Germ. *Fürsten: und*
Sabte

Sahnen Lehn. quorum differentia *d. cap. 42.*
 exposita Feudum seculare non regale, vocatur
 simpliciter Ritter Lehn.

§. X. De feudis Ecclesiasticis regula juris Reg.
 feudalis Alemannici est, Krumbstab schleust
 niemand aus / i. e. feudum ecclesiasticum à
 successione neminem, i. e. neutrum sexum
 excludit; sc. feuda pedi seu ecclesiastica *regu-*
lariter esse hereditaria, à quorum successione
 foeminae non excluduntur. Atque hanc re-
 gulam parere praesumptionem, & revolvere
 onus probandi in adversarium. *vid. Sande in*
consuet. feud. pag. 65. & seq. Tummermuth.
in relatione compromissi feudalis in causa Ar-
chiepiscopatus Coloniensis contra Nobilitatem
Coloniensem. Ratio adfertur, quod feuda ec-
 clesiastica regulariter sint *oblata* ex allodiis:
 Ne itaque heredes, saltem descendentes allo-
 diales, excludantur à successione propter
 oblationem Ecclesiae factam, receptum fuisse,
 ut successio esset hereditaria. Verum enim
 verò hæc cum grano salis accipienda sunt, ne-
 que enim oblatio, neque admissio heredum
 non-feudalium praesumitur, quippe cum utra-
 que facti sit, saltem de jure & usu communi,
 nisi specialis usus probetur *vid. nostr. Comm.*
ad 2. F. 50. c. 2. n. 19. & ad J. F. Alem. p. 476.

§. XI. De feudis ecclesiasticis habetur *r. F. 6.*
 textus tit. 6. lib. I. F. quo prohiberi videtur *Subin-*
 omnis subinfeudatio rerum ecclesiasticarum, *feud.*
Eccles.

secundum communem opinionem, si tamen
 Tituli. penitiùs textus inspiciatur, *tituli* tantum pro-
 hibentur infeudari, h. e. salaria & proventus
 ad sustentationem cujusque Clerici destinati
vid. Comm. ad J. Feud. Alem. cap. 30. §. 3. De
 2. F. 101. eodem feudo ecclesiastico habetur textus 2.
 F. 101. quod de feudo ecclesiastico nulla sit
 facienda fidelitas. Usus hujus rei est in con-
 trarium: & ratio, vel obscura vel potiùs nul-
 la est, itaque sensus longè videtur alius, quàm
 vulgò habetur, nimirum hic: Fidelitas non
 est facienda de feudo quod detinetur ab ali-
 quo alio per Ecclesiam; Hic porrò à quo non
 sit facienda fidelitas, non est possessor feudi,
 sed is qui feudum quidem non possidet, sed
 prætendit tamen jus ad rem, verum ecclesia
 pro domino feudi se venditat, & alium va-
 fallum in possessionem misit, qui sine dubio
 fidelitatem præstitit: sed de eo quæritur, qui
 possessionem prætendit, an teneatur fidelita-
 tem præstare antequam de possessione certus
 sit, quod recte negatur.

§. XII. De feudo seculari habetur textus
 2. F. 100. 2. F. 100. quod Imperator electus non possit
 retinere feudum, veluti Ducatum quem an-
 tea habuit. Ratio hujus juris ponitur in eo,
 quod Imperator nemini fidelitatem facere
 debeat. Sed hæc ratio non videtur suffici-
 ens, & veteri juri tantum consona; non enim
 quæstio est, an imperator de Ducatu suo jure
 ante-

anteriori adepto, seu quæsito fidelitatem præstare debeat, de hoc inquam non est quæstio, sed an per acquisitionem axiomatis imperialis amittat Ducatum vel aliud feudum, quod per rationem juris utique negandum est, neque enim Capitis diminutio est, neque feloniam. Exempla quoque in contrarium sunt Ottonis M. Henricorum, Fridericorum & aliorum. Et usus hodiernus istud non potest admittere, quia Imperatores hodiè destituuntur ferè bonis Coronæ & Imperii.

§. XIII. Quintò feudum dividitur in Antiquum & novum. Antiquum porrò in pat^{Antiq.} ternum aut etiam maternum 2. F. 30. & Avi^{Nov.} tum, quod & *aviaticum* quoque vocatur. Hujus divisionis fundamentum est modus acquisitionis, qui duplex est, vel per *transmissionem* à patre, matre aut majoribus & vocatur *Stamm-Lehen*. Vel per propriam *comparationem* seu acquisitionem 2. F. 3. *pr.* etiam ex parte domini 2. F. 32. *ibi: à domini successore*. Feudum novum potest concedi ut antiquum, Reg. seu in vim antiqui: Antiquum non potest 1. alienari sine consensu Agnatorum à primo acquirente descendentium, 2. F. 11. & 39. *in pr.* aut aliàs simultanee investitorum, *supra de* 2. *investitura simultanea*. Novum verò feudum potest sine consensu Agnatorum alienari, nisi sint simultanee investiti 2. F. 24. *in fin.* Feudum paternum refutatum in favorem fi-

lii, retinet naturam feudi paterni vel antiqui
2. F. 14. J. F. Alem. c. LXIX. & seq.

3. §. XIV. In dubio feudum non præsumitur antiquum magis quàm novum, quia utraque acquisitio est facti, adeoque onus probandi incumbit petenti, non ei qui possidet, propter commodum possessionis 2. F. 11. & seq. si qui probare debet, deficiat in probatione, adversarius non statim absolvitur, sed ad jusjurandum tenetur, 1. F. 4. & 12. vid. Comment. ad J. F. Alem. cap. 69. & seq. Excipe si dominus agit contra vasallum & in possessione est 2. F. 33. Si vasallus nihil probat, dominus absolvitur simpliciter sine juramento. Si verò uterque probationem suscipit, & neuter probet, tunc in arbitrio Judicis est utri imponat juramentum 2. F. 11. in fin. & 33. §. Sacramentum. Cœterum norma arbitrii Judicis extat 2. F. 15. §. Item: ut novitas feudi probationis aut juramenti onere potius gravetur. Denique datur etiam feudum *mixtum* seu nov-antiquum, quod est, quod vasallus refutat in gratiam ejus qui aliàs non succederet. Tale feudum ex parte vasalli novi est novum, sed ex parte agnati manet vetus, quia in ejus præjudicium admissio tertii fieri non potuit 2. F. 49. in fin.

Mix-
tum.

VI. §. XV. Sextò feudum aliud est immediatum aliud mediatum. Fundamentum hujus divisionis est diversitas domini directi, qui est
Im-
med. &
Mediat. vel

vel summus vel intermedius. Hinc feudum immediatum est, quod immediate sine domino intermedio à domino supremo dependet, Gallis vocatur *plainfief*, feudum planum, *vid. Glossarium du Fresne voce feudum planum*: Germanis vocatur *Reichs-Lehen* quod immediatè dependet ab Imperio: Mediatum est quod à domino intermedio dependet, vocatur etiam *subfeudum* *Affter-Lehen* quod iterum duplex est, vel *Schriftsassicum* feudum, vel *Amptsassicum* feudum, Germ. *Schriftsassen Lehen* oder *Canzley-Lehen* quod opponitur dem *Amptsässigen Lehen*. Reg. Regula de his habenda hæc est, quod vasalli immediati non possint alienari, ut fiant mediati aut saltem inferioris conditionis domini. *vid. Comment. ad J. F. Alem. c. 89.*

§. XVI. Septima feudorum species est feudum *francum* quod & *honoratum* dicitur ^{VII. Francum.} *Frantz und Frey-Lehen* quod liberum sive immune est à servitiis 2. F. 104. Fundamentum ejus consistit in pacto adjecto, quo mutatur natura, & obligatio servitiorum, non autem fidelitatis, unde essentiam feudi retinet, aliud autem est feudum *juris Francici*, & *Juris Francici diff.* quo succedit solus primogenitus, vocatur etiam feudum *quaternatum* *vid. Matth. de Afflict. in 2. F. tit. 50. Comment. nostr. ad h. tit.* Hodie feuda *Francia* & *Gallia* sunt hereditaria, sed propterea non sunt Franca.

§. XVII.

VIII. Ex pacto & prov. §. XVII. Octavo dividitur feudum *in ex pacto & Providentia* & in feudum *hereditarium*. Feudum ex pacto & providentia est nihil aliud quàm primaria species feudi proprii & regularis, qua regulariter succeditur *ex pacto feudali* à solis descendentes masculis, quibus ex illo pacto *provisum* ac prospectum intelligitur. Feudum *hereditarium* aliis etiam *patrimoniale* dicitur. *Carol. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. ad rubr. n. 104.* Germ. hodie *Erb-Lehen* / quod tamen vocabulum veteri jure Germanico de opposita specie prædicatur. Hoc feudum non recedit ab essentia feudi, sed à natura & regula successionis feudalis, & promiscue admittit in successione & foeminas & Collaterales, aliquoties & extraneos 2. *E. 48.* pacto scil. ita expresso, aliàs *non expressa non præsumuntur*, nisi ex speciali consuetudine alicujus Regni vel Provinciae, ut in Gallia, Sabaudia & Regno Siciliae ac Neapolitano, *Carol. Molin. d. l.* Porro dantur gradus feudorum hereditariorum pro pactorum diversitate, (I.) datur pactum de successione masculorum civili Ascendentium & Collateralium: cujus pacti formula habetur: *Titio & quibuscunque heredibus feudum collatum est.* Quà formula solent intelligi heredes etiam non feudales, masculi tamen. Secundus gradus est, si pactum sit de *foeminarum* quoque successione, quod

Here- dis.
Erb- lehn.
R.
Gradus I. masc.
2. foem.

ite-

iterum dupliciter fieri potest (1.) regulariter
 deficientibus masculis 1. F. 6. (2.) Cum ma-
 sculis eodem tempore 2. F. 104. Atque ha-
 ctenus succeditur ab intestato in feudo here-
 ditario (3.) etiam pactum fieri potest de jure 3.
 testandi & successione testamentaria: etiam
 extraneorum, sine speciali consensu domini.
 (4.) Ulterius pactum adjici potest de aliena- 4.
 tione feudi *inter vivos* sine consensu domini
 tanquam rei allodialis. Formula hujus tra-
 ditur: *Titio feudum & cui dederit.* 2. F. 26.
 §. 23. & 2. F. 48. conferatur Sande *ad consuet.*
feud. p. 127. & seqq.

§. XVIII. Nona feudi divisio est in mas- IX.
 culinum & foemininum, masculinum est feu-
 dum proprium & regulare, foemineum feu-
 dum est, quod transmissibile est ad heredes
 foeminas, sed masculis non extantibus, si qui-
 dem foeminis ET masculis successio concessa
 1. F. 6. & 8. 15. 1. F. 24. & 2. F. 30. & 50. vid. Ar-
 dizo *in summa feudali p. 151.* Sande *ad consv.*
feud. p. 71. & 83. In feudo foemineo uxor si
 succedit, maritus pro uxore fidelitatem & ser-
 vitia praestat. *Ardizo. p. 150.* vid. J. F. Alem.
cap. 8. 67. & 103. Foemina semel exclusa per
 concursum cum masculo, semper & cum de-
 scendentibus suis exclusa videtur: Nec potest,
 quae à suo gradu semel remota fuit ex alio gra-
 du admitti 1. F. 6. & ibi *Bitschius.* Rosenth. c.
 7. *concl. 44. & 97.* Gyllmannus *Tom. 2. part.*

1. voto 21. Dissentit Sande tit. 3. c. I. §. 7. n. 77. p. 98. per textum 2. F. 17. & seq. V. Responsum facultatis Argentoratensis, adjectum Commentario juris feudalis Alemannici p. 490. Vicissim foemina semel admissa ad feudum, non tenetur restituere masculo postea nato, nisi ante conceptus fuerit, per rationem juris civilis l. 4. ff. quand. de legat. & l. 5. ad L. Falcid. At eam mortuam tunc praefertur masculus filiabus 3. F. 17. & 51 §. similiter. Hartm. Pistoris Lib. 2. quest. 35. n. 17. & seq. excipe casum 2. F. 18. & 104.

Feud.
Ful-
dens.

§. XIX. Foeminei feudi species est feudum Fuldense, qua foeminae succedunt in linea recta post masculos: in collateralibus simul cum masculis, de hac specie singulari vid. Coccejus de feudo Fuldensi.

X.
Tutela-
re feud.

Ange-
fell.

Pupil-
lare.

§. XX. Inter feuda in impropria est feudum tutelare Vormundschaft-Lehen/ quod dominus habet jure tutelae vel etiam Agnatus eodem jure, vocatur Angefall / iure feudali Alem cap. 49 & 55. Feudo tutelari affine est feudum pupillare Germ. Kind-Lehen/ quamdiu dominus & vasallus sunt in aetate pupillari, de quo habetur regula juris feudalis Alemann. l. 105. & seq. confer etiam cap. 48. Sande pag. 168, 5.

IX.
Pecu-
niae.

§. XXI. Feudum pecuniae vel alterius rei fungibilis, quae usu consumitur, ad feuda impropria refertur, quatenus recedit a commu-

ni

ni feudi natura, quod aliàs regulariter in re immobili vel fundo feudali constituatur. Sed quemadmodum quasi ususfructus per S Ctum constituitur in iisdem rebus fungibilibus, ita etiam feudi constitutio in iisdem recepta fuit. Notandum tamen est, quod pro subjecto adæquato hujus feudi non habeantur nummi, qui utique consumuntur usu, sed *quantitas & fors una cum cautione hypothecaria 2. F. 25.* Ab hac specie differre feudum annuæ præstationis, expositum est in Commentario ad *J. F. Alem. cap. 14.*

§. XXII. Porro feudum dividitur, quod XII.
vel in Curte vel extra curtem situm sit. In ^{In Cur-}
his explicandis varii sunt interpretes, sunt qui ^{te.}
vocabulum curtis per *Jurisdictionem* explicant, sed hi refutantur ex *1. F. tit. 5. §. 1. in fin.* ubi dominus feudi extra curtem dicitur habere districtum in isto feudo, quod intelligunt ipsi de Jurisdictione (2.) Alii restringunt feudum in Curte ad feuda de *Camera & cave- na* (rectius dicitur *Caneva*) sed & hi refutantur à Struvio *cap. 4. de feud. aph. 8. n. 5.* (3.) Alii per Curtem intelligunt *territorium*, ita Zasius & Bocerus, sed & hos refutavit idem Struvius *d. l. n. 7.* reliquum itaque est, ut ex vi vocis & propria significatione rem explicemus. Curtis autem vocabulum nihil aliud significat scriptoribus mediæ latinitatis quàm *Curiam*; plures porro Curias feudales,

unus

unus dominus utique habere potest. Regulariter itaque omne feudum est de Curte sive curia domini, ad certum iudicium parium pertinens. Potest porro fieri, ut habeat dominus aliquod feudum acquisitum extra Curias suas, quod nondum certæ curiæ assignavit, atque hoc est, quod dicitur extra Curtem 1. F. §. 2. F. 51. & 16. Cæteroquin feudum extra Curtem retinet integram feudi naturam, nec propterea est improprium feudum.

XIII.
Ligium.

§. XXIII. Alia feudi divisio est in ligium, & non ligium, Fundamentum ejus est hoc, quia regulariter vasallus potest plura feuda habere à dominis diversis, quorum cuilibet ad servitia tenetur. Excipe si per pactum adjectum feudum constituatur ligium & vasallus ligius, sive ut à scriptoribus infimæ ætatis vocatur *Ledgius* & legius à vernaculo *Ledig* *Lehn* & *Ledig* *Mann*. Eo pacto hoc agitur, ut uni soli domino vasallus serviat contra omnes 2. F. 52. §. 2. & tit. 99. Hæc feudi species ligii propriam naturam in omnibus retinet; Carol. Molin. in *Conso. Paris. tit. 1. ad rubr. in fin.* ait *Feudi ligii qualitas non est differentia specifica, quia non est aliud quam arctius vinculum.* Differentia tamen ea est, quod obligetur vasallus ligius, aliud feudum sibi forte delatum non acceptare, nisi consentiat dominus, ut per substitutum acceptabilem serviat 2. F.

2. F. 99. & 52. §. 2. Sande *ad consuet. Paris. p.*
168. Comment. ad J. F. Alem. ad rubr. §. 16.

§ XXIV. Dividunt quoque feudum in ^{XIV.}
 emptum & non emptum, sed & hæc divisio ^{Emptum}
 non afficit feudi substantiam. Retinet enim
 feudum emptum propriam feudi naturam, eti-
 am quatenus emptum est, nec pretium inter-
 veniens alterat naturam feudi. Præsertim cum
 pretium priori possessori i. e. venditori magis,
 quam domino solvi solet *1. F. 20. 2. F. 12. &*
23. Differentia quidem videtur quædam esse
 in eo saltem casu, quando pretium domino
 solvitur, tunc enim non videtur talis esse re-
 spectus, quasi merè propter servitia feudum
 concessum sit, sed imò propter pretium. Ve-
 rum par ratio est nihilominus, quoniam servi-
 tia in tali casu semper per adærationem dedu-
 cuntur. *Sande ad consuet. feud. p. 76. n. 32.*

§. XXV Feudum pignoratitium ^{XV.}
 Lehni duplex est, vel cum investitura ^{Pigno-}
 ris vel sine investitura ^{rat.}. In feudo pignora-
 tio sine investitura non dominum utile trans-
 fertur in Creditorem, sed sola fructuum per-
 ceptio. *vid. praxis Analytica part. 3. p. 292.*
 Feudum vero pignoratitium cum investitura,
 quod pignus *infeudatū* vocatur, transfert per
 investituram dominium utile in Creditorem,
 & ejus heredes feudales, in eoque tria concur-
 runt, contractus principalis, accessorius hy-
 pothecæ, & in vestitura sive translatio domini

E

re

revocabilis. Recedit itaque pignus infeudatum à natura feudi & à regula de transfereundo domino utili irrevocabiliter, per pactum reluendi & revocando dominio utili subordinato, recuperandaque possessione, *l. F. 11. J. F. Alem. cap. 26. 56. 98. & 100. Sande ad consuet. Feud. p. 57.*

XVI. §. XXVI. Feudum fiduciarium à pignore
Fiduci- infeudato differt in eo, quod non requirat
ar. contractum aliquem præcedentem principalem & accessorium, sed solum pactum de restituendo feudo ad Domini revocationem, *vid. Comment. ad J. F. Alem. cap. 97.*

XVII. §. XXVII. Feudum censuale est, quod loco
Censu- co servitorum militarium censum præstat.
ale. Recedit itaque à Regula & natura feudi in eo tantum quod præstationem annuam loco servitorum promittit. Cæteroque retinet essentiam & reliquam feudi naturam, im primis vero fidelitatis præstationem, qua ipsa ab emphyteusi differt: Scilicet fundus pro censu conceditur vel simpliciter non reservata dominio directo & sine investitura & sine laudemio. Itajure Romano *ager vectigalis* concedebatur possessoribus, vocatur *fundus censualis*, bonum censiticum allodiale, *schlecht Zins-Gut / kein Zins-Lehen*. Vel secundo conceditur pro censu reservato dominio directo & dicitur *feudum censuale* & fundus feudalisis censualis, cujus concessio iterum dupliciter fieri potest (1.) cum vel sine

lan

laudemio: Cum laudemio si conceditur, vocatur *Ehrschäßig Zins- & Lehn / (2.)* vel cum *fidelitate* vel sine fidelitate præstanda, si cum fidelitatis præstatione conceditur, dicitur feudum censuale proprie & *κατ' ἐξοχήν Zins- & Lehn / steuerbar Lehn /* si sine fidelitatis præstatione conceditur *Emphyteusis Erb- & Zins- & Lehn /* vid. *J. F. Alem. cap. 109. & seq. cap. 125. & 148.*

§. XXVIII. Feudum regulariter confer- XVIII. tur juramenti feudalis præstatione, de quo Injura-
Supra de investitura: datur autem species feu- tum.
di, quæ vocatur feudum injuratum, quod recedit ab ista regula, & eo pacto acquiritur, ut sine juramento fidelitatis habeatur *2. F. 3. in fin.* Nec tamen sine fidelitatis nuda promissione.

§. XXIX. Porro dividuntur feuda in con- XIX. ditionata & non conditionata. Conditiona- Condi-
ta dicuntur, quæ à *regulari* servitiorum *militaria- tum.*
tarium expeditorum obligatione recedunt
& alia certa & determinata servitia debent
vid. *2. F. 2. §. 3. item tit. 75. & 89. J. Feud. Alem. cap. 13. & seqq.* Species feudi conditionati
sunt *Feuda Palatina Hoff- & Lehn /* quibus va- Pala-
falli ad servitia palatina sive aulica obligantur. tin.
Feudum *Castrense Burg- & Lehn /* quo vasallus Ca-
ad castrum aliquod domini tuendum obliga- strenf-
tur, vid. *J. F. Alem. cap. 136. & seq.* Idem feu-
dum *Apertura*, quod loco servitiorum debet *Apertu-*

jus aperturæ die Oeffnung. Et generatim

Guard. feudum *Guardie & Gastaldia* sunt feuda con-
Ga- dionata non tantum ratione servitiorum, 1. F.
ald. 11. Sed etiam quoad transmissionem ad here-
des, quæ ipsis denegatur, adeoque à natura
feudi hodierni etiam ea in parte recedunt re-
tentâ veteri naturâ. Ratio quia in his dili-
gentia Personæ maximè electa censetur. Quo

Advoc. etiam pertinent feuda *Advocatie, Vogteya*
Deca- *Lehen / Decaniae Zehend Lehen /* & cujuscun-
niae. que officii publici jure feudi collati: Nam &
hæc recedunt à natura feudi, ut non transmit-
tantur ad heredes, nisi speciali pacto cautum
sit ut transmittatur, aut saltem non revoce-
tur 2. F. 27. §. 7. & tit. 81. quo pertinent etiam
feuda *Ambachtia, Jurisdictionis, Gerichts*
Sess- *Lehen / Sesslehen / Burgermeister Lehen /* de
lehn. quibus vid. *Comment. ad J. F. Alem. cap. III.*
132. & 151.

§. XXX. Ejusdem classis sunt & ad vitam
de Ca- tantum conceduntur feudum *de Camera*, quo
mera. certa servitia præstantur pro præstatione an-
Cane- nua ex Camera seu fisco domini 2. F. 2. & 58.
va. J. F. Alem. cap. 14. & 102. Feudum *de Cavena*
ut vulgo dicitur, rectius *de Caneva*, hoc est
Solda- cella penuaria vel vinaria *Küch oder Keller*
ta. *Lehn /* vid. *Gloss. du Fresne hæc voce.* Feudum
Scuti. *Soldatæ* 2. F. 10. feudum habitationis 2. F. 105.
feudum Scuti vel Scutiferi *Schild Lehn /* 2. F.
74. J. F. Alemann. cap. 101. *Schupff Lehn /*
quod

quod per pactum adjectum non transmissibile Schupf
sit. *Zafius de feudis. P. XI.* fl.

§. XXXI. Deniq; feudum est vel laudemiale XIX.
ale vel non laudemiale, atque regulariter lau- Laude-
demiale censetur. Laudemium autem est quod miale.
& 2. F. 12. in fin. & 5. F. 1. dicitur equis & ar-
mis feudum acquirere, quod Belgis dicitur
Gadel-Lehn. Germanis vocatur Lehn. *Cap.*
Regulariter non descendentes sed Collatera-
les ad id tenentur, *vid. Sand. in Consuet. feud.*
p. 59. 172. Cornelius Neostadius de Feudis Hol-
landicis p. 30. Comment. ad 7. F. Alem. cap.
55. §. 3. Est tamen ubi etiam descendentes ad
laudemia tenentur, quæ Gallicè vocantur feu-
da ad morem Vulquecini Gallici, *Molin. ad*
consuet. Paris. tit. 1. §. 2. quam feudorum spe-
ciem *Molin. gloss. 6. ad de tit.* negat esse juris
publici, sed privati tantum, ita ut etiam iis in
locis ubi jure Francorum vivitur, tamen hoc
jus tanquam speciale non præsumatur, sed ab
allegante probandum sit.

CAP. X.

De Judicio Feudali.

§. I.

EXposito jure feudalitatem circa Personas Jurisd.
quàm circa res, & tam in genere quàm feud.
speciatim, reliquum est, breviter docere ordi-
nem, quo in judicio ista jura exposita persequi-
mur. Cæterum de Actionibus quæ domino

à vasallo pro jure suo persequendo competunt, non opus est ea repetere, quæ suo quæque loco indicata sunt: Neque hactenus jus Civile & feudale differunt. Igitur de Jurisdictione feudali & Curia seu foro competente videndum est.

Pares
Curia.

§. II. Gaudere dominum feudi jurisdictione in causis feudalibus, certi juris est, nec solum dominum, sed etiam *Pares*, h. e. Convassallos sive socios ejusdem domus sive Curtis vel Curia. 2. F. 16. Hanc jurisdictionem feudalem habent Dominus & Pares ex usu & consuetudine primæva feudorum, quam confirmavit & declaravit lex Conradi Salici Imperatoris 2. F. 34. & renovarunt Lotharius & Fridericus Imperatores, nec & hodie Parium usus cessat, vid. *Comment. ad J. F. Alem. cap. 10. §. 2. & cap. 90.* Est itaque hæc Jurisdictio *ordinaria* non prorogata, sed non omnimoda, verum specialis & ad causas feudales restricta. Sicuri Causæ Ecclesiasticæ, Matrimoniales, pupillares, militares, emphyteuticæ, aliæque ob favorem suum peculiariter fora meruerunt. Sicut & Justinianus *Nov. 80. cap. 3.* sancit, agricolarum dominos Judices esse debere, ut litigantes liberent. *Carol. Molin. ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 3. gloss. 3. n. 8.* Quare Jurisdictio feudalis non potest dici prorogata ex consensu domini & Parium. *Coccejus cap. 9. tit. 9. §. 7.* Prorogatio enim non potest fi-

Juris-
dictio
Ordin.
restri-
cta.

eri

eri in præjudicium judicis ordinarii, generalis
sive territorialis; ad Jurisdictione feudalis com-
petit domino feudi, etiam inscio & inuito Ju-
dice territoriali, qui iudex *provincialis Lands-
Richter* / jure feudali Alemannico & Saxoni-
co appellatur. *vid. Comment. ad J. F. Alem.
cap. 18. §. 4. & 44.*

§. III. Extenditur hæc Domini & Parium Judic.
Jurisdictione etiam ad judicia & remedia posses- Posses-
soria *J. Feud. Alem. cap. 10. §. 2. & ult.* neque for.
enim Constitutiones Imperatorem hic distin-
guunt. Allegatur tamen *Ord. Camer. Impe-
rial. part. 2. tit. 7. in verbis: gänzlich und
endlich.* sed *vid. Struv. cap. ult. §. 4. inf. It-
terum de feudis Imperii cap. 25. §. 5. & seq.*
qui etiam causæ continentiam imprimis ur-
gent. Adde ego, istum textum repetitum
fuisse a Carolo V. ex Ordinatione Regimenti
Wormatie Anno 1521. §. 7. cujus intentio quæ
fuerit, aliàs constat: Porro de lite in posses-
sorio etiam summarissimo utique verum est,
quod talis sit causa, qua id intenditur ut res
litigiosa alteri parti totaliter & definitivè ad-
judicari debeat; non obstante, quod in pos-
sessorio quoad possessionem, in petitorio
etiam quoad dominium abjudicatio fiat. Er-
gò talis causa exempta est à Jurisdictione Ca-
meræ, & Imperatori reservata. Denique tex-
tus iste solam Cameram attingit; Igitur quo-

ad reliquas omnes Curias feudales saltem, jus integrum manet.

Fursten §. IV. Neque verò soli *Imperatori* feudi
Recht. domino hæc jurisdictio competit, sed una
cum Principibus Imperii, ut *Paribus curiæ*.
Atque non tantum in feudalibus, sed etiam in
allodialibus causis obstrictus fuit Rex Ger-
maniae & Imperator ad commune Principum
consilium, statim in primordio Regni Ger-
maniae per Capitulationem Confluentanam
cap. 10. ibi: *nullum damnabimus aut debone-
stabisimus contra legem & justitiam, sed illorum
fidelium (Reichs Fürsten) communi consilio
assensum præbebimus.* Itaque Fridericus I.
Imperator litem de Ducatu Bojariæ sive Ba-
jyvariæ consilio Principum adhibito decidit
ut refert Otto Frisingensis *Lib. 2. de Gest. Fri-
deric. I. cap. 32.* Henricus VII. Imp. *supra Cap.
preced. §. 8.* & Sigismundus Imperator alii-
que. Idemque intendit pax Westphalica *Art.
5. §. 55.* Capitulatio Leopoldi Imperatoris *art.
39.* ut præter Senatam Aulicam, hodieque
Principes adhiberi fas sit. Atque hoc spe-
ciatim vocatur *das Fürsten Recht*, quod sa-
tis fundamenti habet in legibus Imperii fun-
damentalibus, de quo alias plura. vid. inte-
rim *Bitschium 1. F. 8.* Iterum *de feud. Imperii
cap. 25. §. 8. & seq.*

Pares §. V. Porro Pares etiam *inviti* ad judican-
& **invi-** dum obligati sunt, vigore homagii semel præ-
ti. stiti,

stiti, & per textum juris feudalis Alemannici *cap. 9. 115. & 120.* quicquid dissentiant DD. Ita-
 li *vid. Comment. de cap. 120. §. 1.* Igitur multò
 magis & partes litigantes, reus imprimis,
 etiam invitus comparere tenentur vi Jurisdi-
 ctionis feudalis. Coeterum absque prævia
 citatione alter alterum invitum in jus trahe-
 re nequit *2. F. 5. & 46. vid. Comm. ad J. F.*
Alem. cap. 90. ubi verior ratio reddita quàm
 vulgaris, qua litigantes in illo casu dicuntur
 negare, se esse vasallos, nec in illa curia habe-
 re pares. Altera enim pars à qua vindicatur
 feudum, necesse est ut id possideat, aliàs vin-
 dicatio non haberet locum, igitur si possidet,
 possessor utique ait, se esse vasallum illius do-
 mini, & actor proinde id forum sequi tenetur,
 frustra igitur dissentiunt alii, neque differen-
 tia est inter jus vetus & novum.

§. VI. Ampliatur hæc regula, quod domi-
 nus & pares sint Judices etiam in causa inter
 Dominum & Vasallum, quo tamen casu Do-
 minus tenetur Vicarium sibi substituere vul-
 gò *Lehnprobst* / vasallo non suspectum, *J. Feud.*
Alem. 2. cap. 96. §. 4. cap. 120. §. 1. 1. F. 23. 2. F.
16. & 22.

§. VII. Limitatur regula superior & do- Exc.
 minus feudi illius de quo controvertitur non Ie
 est iudex competens, sed *Dominus superior*
feudi, vulgò *Ober Lehn Herr* / aut si talis
 non existit, *iudex provincialis sive ordinarius*,

- sc. tum, si pares non habet tot quot requiruntur ad causæ decisionem, duodecim vel ad minimum septem. *J. Feud. Alem. cap. 88. 2. F. 16. ibi. si tamen pares habet.*

§. VIII. Deinde limitatur hæc regula, si dominus una cum paribus sunt suspecti *2. F. 15. Finckelth. disput. feud. 11. §. 17.* quo etiam spectant quatuor casus, quos refert *J. F. Alem. c. 90.* de vi ablativa, de investitura denegata, de denegata justitia aut paragio & de dolose intercepto vasallagio; Quod si verò solus dominus est suspectus, tunc pares judicant, ut supra in §. 6. quemadmodum etiam tunc, si dominus negat aliquem vasallum esse, *2. F. 20. §. 39. §. 1.*

- (3.) §. IX. Excipiunt quoque Vultejus & alii si de feudo promisso h. e. expectativo agatur, sed contra jus nostrum feudale *c. 13. §. 2.*

Proba- §. X. Jure feudali probatio actoris sive
tio. petitoris est, quæ fit per testes & instrumenta.
J. F. vulgò *Lehn-Brief*; Rei est defensio h. e. purgatio per jus jurandum cum Sacramentalibus, *1. F. 4. 28. 41. 2. F. 2. §. 1. §. tit. 8. pr.* Regulariter in causis feudalibus probatio petitoris est, & in possessorio momentaneo etiam possessoris, eaque per testes, qui pares esse debent *1. F. 10. 2. F. 58. §. 3. J. Feud. Alem. cap. 10. §. ibi Comment. §. 6.* In defectu Parium testes etiam extranei admittuntur *2. F. 2. in pr. §. tit. 33. §. 1. F. 26. in pr. Comment. ad J. F. Alem. ad d. cap. 10. §. 7.* Testium Numerus variat

pro

pro diversitate causarum. Regulariter duo vel tres requiruntur 1. F. 26. §. 1. 2. F. 27. §. 2. J. F. Alem. cap. 28. §. 68. §. 4. At felonia probanda est per quinque testes 5. F. 57. crimen incendii per septem testes 2. F. 10. §. 6. alias requiruntur etiam decem, duodecim, viginti, triginta & plures *vid. Gloss. du Fresne voce juramentum.* Idem obtinet in defensione sive purgatione Rei, 2. F. 27. §. 3. ubi septem requiruntur, alias duodecim & plures, idque dicitur *mettertium se defendere vel tertia manu*, atque hi dicuntur *Sacramentales, Juratores, Conjuratores, purgatores* 1. F. 4. §. 2. F. 33. *in pr. & tit. 41. Gloss. Weichbild ad art. 96. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. Gail. libr. 2. de pace publ. cap. 7. Bitschius ad 2. F. 33. Exercit. ad ff. 23. §. 6.* Atque istud singulare est Diff. juris feudalis, quod actore non probante, reus J. C. & non statim absolvatur, sed etsi possessor sit, ^{Feud.} debeat se defendere juramento cum Sacramentalibus & præsumptiones contra se purgare, 1. F. 10. secus ac jure Romano, unde non est quod à communi sententia recedat *Struv. cap. ult. §. 16. n. 2.* major enim favor est actoris nostro jure quàm Rei etiam possidentis. *vid. Exercit. nostr. ad ff. 13. §. 17.* potest tamen etiam petitori quandoque jusjurandum imponi, quoties pro eo major præsumtio est, quod est jusamentum suppletorium, 2. F. 33. §. *Sacramentum.*

DePro- §. XI Sunt qui in foro feudali putant ut
rog. & prorogationem ita & reconventionem cessa-
Re- re, *Gloss. in 2. F. 16.* ubi tamen exceptio habe-
conv. tur. *vid. Comment. ad 7. F. Alem. cap. 37. §. 3.*
atque recte affirmatur, si modo causa recon-
ventionis etiam feudalis est. Jurisdictio e-
nim feudalis est specialis jurisdictio, atque ad
causarum istarum feudalium naturam restri-
cta, extra hanc non item.

Litis
de-
nunc.

§. XII. Vasallus conventus à tertio non
tenetur litem domino denunciare, sed ipse e-
am finire, etiamsi causam perdat, *2. F. 26. §. 21.*
& eatenus nocet res inter alios judicata domi-
no, & agnatis, nisi dolo aut culpa vasalli quid
amittatur, *J. F. Alem. cap. 120. ibi. von seinen
Schulden.* Sed evictionem & regressum
non habet contra dominum hic vasallus si li-
tem non denunciavit *vid. Bitschius. ad d. §.
20. & Comm. ad I. F. Alemann. cap. 33. & 120.*

Execut.

§. XIII. Cum causæ inter Dominum &
Vasallum coram paribus sunt decidendæ,
quæritur de executione contra condemna-
tum Dominum, quomodo & à quo ea fieri
2. F. 22. debeat, id exponitur *2. F. 22.* ut Curiam adeat
Dominum & competenter cogat, ut iudicio
curiæ se committat, & vel possessionem resti-
tuat, si eò condemnatus fuerit, aut acquiescat,
si ipse petitor est, vel alàs iudicio se commit-
tat. Si post trinam admonitionem contu-
max fuerit dominus, tunc auxilium & execu-
tio

tionem petere potest à superiore, si superior non adest aut detrectat, potest vasallus victor dominum *depradare*. Hoc jure Longobar- Depræ- dico communi: ubi quid sit istud *depradare*, dare, non conveniunt interpretes, alii vocant depradationem immisionem auctoritate judicis, & verbum hoc non à præda sed prædio derivant: Verum oppidò patet quod hæc interpretatio sit ipsi textui contraria, opponitur enim *depradatio* tanquam ultimum remedium, ubi copia Judicis superioris cessat, *executioni* quæ fit per judicem, ergò non eadem cum ista intelligi potest. Magis itaque est, ut Cujacium sequamur, & depradationem interpretemur diffidationem die *Befehdung* contra dominum vasallo moribus Longobardorum concessam, tanquam ipso jure soluto vasallagii vinculo; Id quod etiam *Matth. de afflict. in tit. de milite vasallo contumace n. 28 & 30.* confirmat: *In Catalonia & Hispania, quando Dominus non facit justitiam vasallo, vasalli possunt facere guerram contra Dominum & ita vivimus temporibus nostris, & hoc refert hic Andreas.* At jure nostro feudali remedium adhuc intermedium traditur, apprehensio feudi adjudicati auctoritate propria invito domino *J. F. Alem. cap. 13. 14. 20. 30. §. 4.* verba sunt: *So unterwinde sich der Mann selbst seines Lehns* Quod si tan- Appre- dem & apprehensionem auctoritate propria hensio do-

posses- dominus impediatur, tunc sine dubio jure veteri
sionis. locum habuit diffidatio, & hodiè *jus repressa-*
liarum contra exteros imprimis dominos, qui
justitiam denegant, *Schraderus de feud. part.*
9. cap. 4. n. 74. Mylerus de Stat. Imperii
cap. 56.

CAP. XI.

De stylo Curiae feudalis.

§. I.

Stylus
quid

Stylus cum propriè apud veteres usitatum
scribendi instrumentum denotet, inde me-
tonymicè pro ipsa facultate scribendi promptè
& decore usurpari cepit. *vid elegantissimus li-*
bellus Schæfferi de stylo in genere. Atqui cum
stylus, velut sermo tacitus, circa omnia divi-
na & humana sit occupatus, itaque pro materi-
arum & utentium varietate variatur, ut igitur
Scholæ habent suum stylum, ita & Curiae &
judicia forensia. Curiae enim vox cum pri-
mum partes tribuum & fratias ex instituto
Romuli notaret, in quas hic divisit Populum
Romanum, ex ea denominationis ratione,
quod Reipubl. curam per sententias partium
earum triginta expediret, & leges etiam ab iis
rogaret, quæ *curiata* dictæ, ut docet Pompo-
nius in *l. 2. §. 2. de Orig. Jur.* Deinde transf-
lata est hæc denominatio ad Senatus aliarum
Civitatum, unde *Curiales & Decuriones* dicti
Senatores Municipales; tandem & tribunalia

Curia
quid

Ma-

Magistratum & Consistoria Principum & omnia iudicia, & in specie etiam feudalialia hoc nomen sibi asciverunt.

§. II Hinc stylus curiæ proprie est mo-^{Stylus}-^{Curia} dus atque ratio scripto consignandi res foren-^{Curia} ses & quicquid in Curiiis expediendum est. quid
Sed extenditur hæc vox etiam ad ea, quæ scri-^{in ge-}
pto non præferuntur, ita ut stylus curiæ etiam nere,
comprehendat quemcunq; procedendi mo-
rem in Curiiis usitatum, quo in significatu, la-
tiori licet, adhuc tamen differe stylum à *con-*
suetudine, ostendit Natta Jus Italus *Cons.*
§ 75. n. 31. Consuetudinem enim induci ex
actibus frequentibus, interveniente tacito
consensu populi vel majoris partis, stylum ve-
rò concernere ordinem scribendi seu proce-
dendi unius Curia vel Judicis. Unde cum
Doctores dicant consuetudinem in *Inventa-*
riis esse servandam, intelligendos esse de con-
suetudine proprie sumta, non de *stylo Notar-*
iorum.

§. III. Nos hic in ea potissimum signifi-^{in Spe-}
catione stylum Curia accipimus, quæ notat ^{cie.}
modum scribendi in Curiiis feudalibus Ger-
maniae usitatum. Cujus cognitionis utilita-
tem necessitatemque vel illustre illud exem-
plum ficti foederis Statuum Catholicorum ab
Ottone Backio Jus Superiori seculo produc-
tæ *apud Hordlederum lib. 2. de Causis Bell.*
Germ. cap. 1. cujus examen & eam in rem mo-
nita

nita vid. in *Exerc. Exoterica Strauchii* 9. & *Dissertat. ejusdem de constitutionibus Principum* th. 51.

cirea

Investi-
turam.

§. IV. In cūria feudali imprimis occurrit investituræ impetratio & renovatio. In qua ante omnia notificatio facti, quo vel de novo vel per successionem feudum acquiritur, necessaria est, cum petitione termini ad investituram decernendam, qualem formulam exhibet *Harsdorfferus* im *Deutschen Secretario Part. I. cap. 9. p. 576. & seqq.*

Petitio.

Cita-
tio.

§. V. Ad implorationem vasalli requiritur citatio regulariter ad investituram hęc forte formula : Lieber Getreuer/wir haben uns zu verlesen vortragen lassen/was gestalt du um die Reichung der Lehen/über das 2c. Ritterguth / oder auff dich befälten Antheil (sive pro diviso coheredes possideant) unserthänigst angesucht / und hier auff einen gewissen Tag N. zum Termin anernennet: Begehren demnach/ du wollest angeregtes Tags zu rechter Zeit vor unsere Regierung allhier N. N. in Person erscheinen (primā vice imprimis hoc solet fieri ut novus vasallus ad præstationem homagii in persona comparere teneatur. In renovatione investituræ ad mittitur Procurator hęc formulā) In Person / oder durch einen in deine Seele zu schweren genungsam bevollmächtigen / die besten Lehnsch ein und was sonst dabey
von

vonnöthen/mit zur Stelle bringen/auff die herbey
kommenden Fragstücken antworten / und nach ab-
gelegter Erb- Huldigung und Lehnspflicht auch
entrichteten Lehn- Tax so beyligend specificirt/ der
würcklichen Belehnung/ oder sonst nach Befin-
dung / Bescheids gewarten/ wornach du dich zu
richten / und an dem geschicht unser Will und
Meynung. Datum &c.

§. VI. Si ad petitem vasalli terminus non præfi- Reco-
gitur, tunc interim recognitio danda est, quæ voca- gnitio.
tur Mutzedul. i. e. testimonium & attestatum de
petita investitura hâc formulâ. Demnach auff des
Titii Hintrit bey hiesiger Lehns - Curien der Sem-
pronius wegen seiner Succession an des verstorbe-
nen N. Lehngüthern zu N. die Lehn gebührlich re-
cognoscirt und gemuthet / als ist gemeltem Sem-
pronio diese Recognition und Muthzedul/biß zu
künfftigen fernern Berordnung und Anberau-
mung eines Termins zur Lehns-Empfangnuß un-
ter dem Canzeley Secret (oder Lehns - Siegel)
und gewöhnlicher Supscription ausgestellet wor-
den. Signatum &c.

§. VII. Prorogatio termini ad investituram pe- Pro ro
ti potest ob legitima impedimenta vel etiam ob mi- gatio.
norennitatem vel absentiam vasalli & impetratur
indultschein / hâc forte formulâ Dem Durch-
leuchtigsten &c. ist gebührend vorgetragen wor-
den / welcher massen Titius von wegen seines un-
mündigen Bruders Caji umb ein indult zu Em-
pfahung der Lehn über ihres Vaters hinterlasse-
nes

F

nes

nes Guth zu 2c. unterthänigst Ansuchung gethan/
wann dann Ihro Fürstl. Durchl. solehem petito
statt gethan/ als wird ihm der gebettene indult zu
Der Lehn Empfängnuß/bis er seine Lehns-mündi-
ge Jahr erreicht/hiermit ertheilet/doch das das Le-
hen in gegenwärtigen Stande immittelst unver-
ruckt verbleiben/ und nach erlangter Mündigkeit
in Person allhier erscheinen/ und der Lehn gebür-
liche Folge leisten solle. Signatum &c.

In quibusdem curiis feudalibus interim etiam
tutor, qua talis, homagium nuda promissione, in
aula Imperatoria etiam juramento præstare tene-
tur, formulam vide in Comment. ad J.F. Alem. cap.
52. In casu absentiae additur hæc clausula: Doch
Daß er nichts minder uns mittler Zeit verpflichtet
und verhasstet sey / gleich als ob er solche Lehn
empfangen / und gewöhnliche Pflicht gethan
hätte.

Homagium. §. VIII. In die termini ad investituram præfixi,
homagium à vasallis præstatur, illud constat pro-
missione per dextræ dationem Germanicè Gelübte/
& juramenti præstatione, quæ vocatur Eyd und
Dessen Vorstabung. Formula promissionis oder
Der Gelübte / imprimis si quis vasallus parisi est di-
gnitatis hæc esse solet: Euer Fürstl. Gnaden sollen
globen N. N. meinem Herrn / nach laut Lehn und
Revers-Briffen / um solcher Lehn willen seiner
Durchl. die Zeit ihres Lebens und nach deren
Tod/ deroselben Erben zu dienen / zu gewarten/
getreu/hold und gehorsam zu seyn/auch dieselbige
vor ihren schaden zu warnen/ Frommen und Bes-
stens

stens allezeit treulich zu werben / und alles das zu thun / so hohe Mann ihren Herrn solcher Lehn wegen / von Recht oder Gewohnheit schuldig seyn und billig thun sollen. Si vasallus est inferioris dignitatis, tum loco verborum **So hohe Mann / simpliciter usurpatur so Mann** &c. Si est feudum Castrense tum usurpatur Clausula: **Was Burgmann der Burg - Lehn wegen** &c. ihrem Herrn zu thun schuldig sind.

Formula Stabung des Eyds:

Wie Ich N.N. gelobet / und meine Treu geben habe / auch mir unterschiedlich vorgesagt ist / und die Briff ausweisen / das alles und jedes soll und wil ich stat / vest / unverbrüchlich und treulich vollziehen / thun und halten sondern Gefährde / als mir Gott helffe. Si jurans non tantum pro se, sed etiam ut substitutus investitur, additur ab initio vor mich und als Lehenträger des und des.

§. IX. Investitura impetrata datur Lehn-schein / Breve breve testatum vel etiam Muthzedul / jure longobardico, & deinde sequitur Lehn - Brieff & Revers-Brieff. testa- cum.

Formula eines Lehn-Scheins:

Ist heut dato persönlich erschienen Sempronius, und in Empfangung der Lehen an dem Guthe &c. gebührend Ansuchung gethan / woran dann ihm auch dieselbe nach gethanem Handschlag und abgelegter Lehns - Pflicht hiermit bekennet / und angeregtes Guthe / zu einem rechten Mann-Lehen gereicht und verliehen worden. So geschehen &c.

S i

Si

Si simultanea investitura tantum impetratur, tunc ponitur hæc clausula. Erschienen und hat der gesamten Hand an seines Bettern N. gebührende folge gethan.

Literæ Invest. §. X. Literæ investituræ constant quinque partibus, prima pars continet proœmium, hæc forte formula: Wir von Gottes Gnaden N. N. urkunden hiermit und bekennen/ daß unserm lieben Getreuen und dessen Männlichen Leibs = Lehns = Erben/ auff sein unterthänigstes Ansuchen und Bitten/ nach beschriebenes Guth/ N. Zinsen/ welche er von N. N. erkauft/ (ererbet / ertauscht pro re nata,) und uns zu Lehn geht/ zu rechten Mann = Lehn gereicht/ bekandt und gesehen haben/Si plures sunt vasalli tunc nomina singulorū investitorum in literis investituræ sunt exprimenda, aliàs non nominati pro exclusis habentur, deinde si feudum est hereditarium vel fœmineum, tunc pro verbis Männlich Leibs = Lehns = Erben ponuntur Leibs = Erben vel Leibs = Lehns = Erben.

Secunda pars specificationem continet rerum & pertinentiarum, de quibus investitur vasallus, hæc formulâ: Nehmlichen die Herrschafft oder das Ritterguth / oder das Borwerck / mit so und so viel Huben oder Morgen Lands etc. Gerichten Obern und Untern etc. Zinsen als in dem Dorff etc. & hic censitorum singulorum nomina solent exprimi & censuum summa item fundus vel res & de qua census penditur. Quandoque verò & præsertim si census ex parte est litigiosus, generatim refertur census mentione facta specificationis censitorum

à va-

à vafallo oblatae, fed cum claufula falvo jure cujus-
cunque e. g. Mit Hundert fl. Zinfen am Gelde
und 100. Kappen und andern oneribus, gefam-
te Hand. Fron/ befage der von dem Lehn- Mann
übergebenen Specification, welche doch unbeschä-
det männiglichs hierunter verfirenden intereffe,
und darwider habenden Einreden/ in quantum de
jure angenommen / und zu der Lehn-Registratur
verwahrlichen beygelegt worden.

Tertia pars literarum investituræ continet
ipsum actum investituræ & servitii. Thun diesem
nach gedachtem N. N. und dessen Männlichen
Leib- Lehn- Erben obgemeldtes Guth / mit des-
fen pertinentien und zugehör. (Si dominium dire-
ctum non ex integro ad investientem pertinet, tunc
additur. Als viel daran uns zu Lehn geht) mit al-
len ihren Ehren/ Würden/ Nüzungen/ Freyheiten
und Gerechtigkeiten / nichts davon außgeschlo-
fen/ zu einem rechten Mann- Lehn / wie Manns-
Lehn- Recht und Gewohnheit ist und mit sich
bringt / hiermit und in Krafft dieses Leyhen und
Bekennen/ daß nemlich er und seine ehliche Leib-
Lehn- Erben Männlichen Geschlechts/ dieselben
ruhlich besitzen/ genieffen und gebrauchen mögen/
allermassen vortige Besitzer selbes befeffen / ge-
nußt und gebraucht / oder genieffen und gebrau-
chen können und mögen / jedoch daß der Lehn so-
oft die zufalle kömet / jederzeit gebührende folge
geschehe / auch selbige Ritterdienste gebührend
verdienenet / und andere onera (quæ etiam specifi-
centur) entrichtet werden. Quar-

Quarta pars continet investituram simultaneam hoc modo: Wir haben auch aus besondern Gnaden mit vorbemeldten N. N. an diesem Guthe und Zinsen samptlich belehnet / als wir dann hiermit beleihen unsere auch liebe Getreuen (nominetur) wosern sie in gebührender und indulgirter Frist der Lehn und Mitlehnschafft gebührende Folge thun werden / un̄ solches alles dergestalt / daß da (nominetur vasallus principalis possessor,) ohne Mäntliche Leibs- Lehns- Erben sterben würde / daß alsdann und eher nicht genanntes Lehn- Guthe zc. an berührte Mitbelehnte / und derselben Leibs- Lehns- Erben / allweg nach rechter Sippzahl kommen und fallen sollen / jedoch daß der Lehn / so oft die zu falle komt / jederzeit in zu recht zugelassener Frist / gebühliche Folge geschehe / treulich sondern gefährd.

Quinta & ultima pars continet recensitionem Parium sive testium: Bey dieser Belehnung sind gewesen / und zeugen die Würdige / Best- und Hochgelahrte unsere Räthe / liebe Andächtige und Getreue N. N. und andere der unsern Glaubwürdigen mehr / Zu urkund haben wir unser grösser Cankley- Sigel (oder Lehns- Zinsigel) an diesen Brieff hängen lassen / welcher gegeben ist in unser Regierung zu N. Datum &c. Et Datum hoc debet concordare tam in brevi attestato Lehn- schein / quam in ipsis literis investituræ.

Rever-
siles.

S. XI. Lehn-Revers sive literæ reversales vasal-
li sunt, quibus confitetur & enumerat vasallus feu-
dum & ejus appertinentias cum hoc effectu, ut se-
curus

curus sit Dominus, & evictionem præter partes recensitas exigere non possit vasallus. Quæ reverfales olim valde usitatæ fuerunt, unde etiam adhuc designatio, Gallicè *denombrement* ipsius Vasalli desideratur ante investituram, qua de re & de ejus formulis vid. *Comment. ad J. F. Alem. cap. 32.*

S. XII Subjiciemus & aliam formulam literarum investituræ etiam simultaneæ secundum sty- lum Curiarum feudalium ad Rhenum superiorem usitatum: Wir N. bekennen / daß unser getreuer lieber N. N. die Burg und das Dorff mit Zwing und Bann / Hoch- und Nieder-Gericht und andern Stücken und Güthern / von unserm Hauß (nominetur,) zu Lehn inn zu haben / uns jezo demüthiglich angesucht und gebetten hat / ihme gnädiglichen zuzulassen und zu verwilligen / daß er unsern getreuen lieben N. N. und sein Männliche Erben in Gemeinschaft solcher Lehn nehmen möchte / daß Wir demnach angesehen gedachtes N. N. demüthiges und ziemliches Bitten / darzu seyn / und sonderlich des N. N. ansehnliche / nutzliche und getreue Dienste / so sie und ihre Vorfahren unsern Vorfahren am Hauß N. von langer Jahren her gehorsamlich gethan haben / und sie beyde und die Ihrige noch täglich thun und künfftiglichen wohlthun mögen und sollen / und darum als Lehn-Herr in die Gemeinschaft solcher Lehn gnädiglichen bewilliget / und darauff denselben (nominetur uterq;) in Gemeinschafts-weiß verliehen haben / leyhen auch hiermit wissentlich und in Krafft dieses Brieffs / was wir ihnen zu recht

und von Gnaden wegen / daran verleyhen sollen und mögen / also daß gemeldte (nominetur vassallus possessor) und seine Lehns-Erben/und nach Abgang derselben vorgemeldter (nominetur simultaneæ investitus) und seine Männliche Lehns-Leibs-Erben / wo anderst von obbemeldten (nomen possessoris) Männliches Stammes / so dieses Lehns fähig / keiner vorhanden wäre / nun für daß von uns und darnach unsern Erben in Lehnsweiss innen haben / nutzen und niessen sollen / als Lehns- und Lands-Recht ist. Sie sollen uns auch allezeit darvon getreu / gehorsam / dienstlich und gewärtig seyn / als Lehns-Leuth ihren Lehns-Herrn zu thun schuldig und verbunden seyn / doch uns und unserm Haug / an andern Obrigkeit Lehnenschaft und Gerechtigkeiten / und sonst männlichen an seinen Rechten unvorgreiflich und unschädlich. Und seind das die Lehnstück und Güther : nemlichen 2c. 2c. 2c. Mit Urkund dieses Brieffs / geben zu 2c. 2c. 2c.

Lehns- §. XIII. Formula consensus feudalis : Von Gottes
 Con- Gnaden Wir 2c. vor uns und unsere Erben und Nachkom-
 sens. men hiermit urfuaden und bekennen / demnach uns unser lieber Getreuer N. N. zu erkennen geben / welcher gestalt er 2c. erborget / auch zu mehrer Versicherung das von uns tragende Lehnguth zum Unterpfind gesetzt / umb unsern Consens geberten / alles nach mehrerm Inhalt / und vermöge der hierüber außgerichteten und uns nebenst der Mitbelehnten Einwilligung in Originali vorgezeigten Obligation unter dem (Dato &c.) daß / weil sonderlich der nächste Agnat (oder Mitbelehnte) darein gewilliget / wir auch dieses sein Suchen gnädigst angesehen / und zu solcher Versicherung unsern Consens und Bewilligung geben und mitgetheilet. Consentiren demnach hiermit und in Krafft dieses in solche hypothec, dergestalten und also / das obgenanntem Creditori das Lehnguth (nominetur)
 vor

vor obangeregte Summa an Capital und interesse (utilis est hæc clausula præservatoria, & interesse, quia jure Romano non ex omni contractu usuræ debentur *vid Struv. cap. 13. aphor. 7. n. 6. & Exercit. ad ff. XXII. §. 14.*)
 Zu einem Interpfand (si simpliciter consentitur, sed potest etiam ad tempus consensus interponi, & regulariter ad triennium, idque cum clausula cassatoria: auff ein Jahr 2c. und länger nicht/nach Verfließung aber derselben der Consens verloschen gehalten und geachtet werden soll. (Confer *Struv. cap. 14. aphor. 23 n. 4.*) stehen und haften soll/ Jedoch uns und unsern Nachkommen am Lehn/Regalien/ Ritterdienst und andern unsern Gerechtigkeiten unschädlich/ treulich und ohne Gefährden/ (hæc clausula quoad hypothecam ipsam, videtur esse superflua, nec enim ista protestatio pignori ipsi aliquid derogaret, sed adhiberi tamen solet ad conservationem domini directi *vid Struv. d. l. Reservare hic etiam Dominus sibi potest jus prioritatis in debitis, quibus vasallus ipsi domino est obligatus*) Ex. gr. Jedoch uns und unsern Nachkommen 2c. Insonderheit aber unserer Cammer Forderung/ womit uns gemeldter (nominetur vasallus) auf seiner Obligation datirt &c. verhaftet worden/an ihrem Vorzug/ Rechte unachtheilig. Itaque in oppignoratione feudi, quæ fit ipsi domino, non requiritur consensus superioris, sed sufficit ipsius domini vel tacitus aut ipso facto adhibitus, *Rauchbar part. 1. quest. 24. n. 24.* Hæc de contractu mutui: In contractu porro emtionis & venditionis & simili respectu evictionis hæc clausulâ utimur: Consentiren demnach hiermit und Krafft dieses Brieffs/ und bekennen dem Käufer die Gewehr des verkauften Guths (nominetur,) im fall ihm dieselbe über kurz oder lang streitig gemacht würde / und sich Mängel daran befinden sollten/das an und auff dem Guth (nominetur,) beschriebener massen er satisfaction deswegen haben und gewarten/ ihm auch dasselbe dafür zur Versicherung verhaftet und verpfändet seyn soll. De-

Denique à consensu feudali Ratificatio feudalis differt: Consensus proprie est qui præcedit, tanquam veniæ imperatio & velut decretum de alienando, ratificatio sequitur contractum, qui jamtum factus fuit salvo jure domini, secundo differt quod ratificatio & confirmatio sint ipsius negotii principalis: Consensus vero est negotii accessorii h. e. hypothecæ.

INDEX CAPITVM.

CAP. I.

De origine & auctoritate Juris feudalis.

CAP. II.

De fine & objecto Juris feudalis.

CAP. III.

De Essentia & Natura feudorum.

CAP. IV.

Qui feudum constituere & acquirere possunt.

CAP. V

De modis acquirendi.

CAP. VI.

De Effectu conventionis feudalis.

CAP. VII.

De Debitis Feudalibus.

CAP. VIII.

De modis finiendi & amittendi feudum.

CAP. IX.

De Speciebus feudorum.

CAP. X.

De Judicio feudali.

CAP. XI.

De stylo Curie feudalis.

F I N I S.

ert:
pe-
tur
nii,
sius
orii




Ka 6/03

S

MD 17

[Faint blue ink scribbles]



NEAT
SCHIL





3

JO. SCHILTERI
AD.
JVS FEVDALE
VTRVMQVE
GERMANICVM
ET
LONGOBARDICVM
INTRODVCTIO

feu
INSTITVTIONES

Ex genuinis principiis
succinctè concinnatae,

& ad
*Fori Feudalis hodierni usum
directa.*

✻ (* *) ✻
ARGENTORATI
Sumptibus JO. FRIDERICI SPOOR.

M DC XCV.

